



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

BIBLIOTECA

COMPLUTENSE.

E. Y. O. C. N. A. N. 38.


114 - 2:-

FCC 1249

P. GYL^LI^I
de
CONSTANTINO
POLEOS
Topographia
lib. IV.

LVGDVN^I BATAVORVM,
Ex officina Elzeviriana. Anno 1632.





I N
D E S C R I P T I O N E M
C O N S T A N T I N O P O L E O S

P R E F A T I O :

Vbi situm illius & commoditates ostendit.

CONSTANTINOPOLIS sic in peninsula sita est, ut totum Isthmum occupet peninsula. Ex tribus enim partibus mari alluitur. Neque solum ex se munita est, sed etiam suos suburbanos longos agros, iter duorum dierum latos, amplius viginti miliaria munitos habet peninsula; quam efficiunt Pontus, Bosporus, Propontus; olim ab Anastasio muro clausam. Ita sit, ut si quis Urbis duplice peninsula munitus, arcem se declareret totius Europa, atque ad eum principatum totius orbis praeseferat, eminens in fances Europa, atque Asia.

A 2

Nam

P R M F A T I O.

Nam prater alias fælicitates immensas, bunc habet summam, quod mari propugno ex tribus partibus cingitur; à Meridie quidem Propontide, ab Oriente Bosporis freto, ab Aquilone sinu maximè portuoso, qui non modo claudi catena potest, sed etiam sine catena hostibus infestus est, Constantinopolis & Galata muris stringentibus ejus latitudinem in stadia paulò minus quatuor, ut & machinū, & igne liquido hostium naves sape perierint. Adde quod nihil munitius fieri posset, si accederet ars muniendis nostra atate usitata; si quatuor portus, quos olim intra muros clausos habebat catenis, restituerentur: quorum duobus antiquum Byzantium ornatum, triennium Severi obsidionem sustinuit; nec nisi fame totius orbis usribus capi posuit. Nam prater commoditates, quas habet Propontidis, & Egei mari, sic totius Ponti Euxini imperium habet, ut uno ostio id clausum teneat, scilicet Bosporo, quem transire nemo potest invita Constantinopoli: quod fit ut totius Pontis divitiae sint in ejus potestate, sive importata, sive exportata. Exportatur autem tanta copia pellium cuiusvis generis, mellis, cera, servorum, aliarumque rerum, ut sufficiant magna parti, Europa;

P R A E F A T I O

*topo, Asia, Africæ: importantur ut
na, olea, frumenta, aliaque infinita
Asia, Africæ, Europe, ut copiam
sentiat Mysia, Dacia, Tannonia, Ser-
matia, Maotis, Colchis, Iberia, Alba-
nia, Cappadocia, Armenia, Media,
Parthia, utraque Scythia. Itaque non
modo omnes barbara nationes coguntur
amicitiam hujus urbis amplecti, sed et
iam ora omnes maritima, & insula-
na, si Ponti divitiū fruis velint. Ade-
de, quod nemo ultra, citroque trajectio-
nes Asia, Europaque facere potest in-
vito Byzantio, cum sit velut pons, &
porta utriusque orbis; dicorem solum,
nisi Hellespontus esset. Sed is infinitis
partibus inferior censetur, nimimum
longè amplior, & sumum non habens By-
zantium, quo urbs peninsula fiat por-
tuosa; ac si haberet, tamen Euxino
Ponte non interetur invitis; Byzantiis:
id quod si ratione non capimus, exem-
ple asequi possumus. Constantinus in
Sigao promontorio eminenti in fauces
Hellesponti Constantinopolim adificare
cuperat, sed ea reliqua, in promontorio
Byzantino eam adificavit. Troia qui-
dem insignis urbs, sed cacorum, qui
non præviderint situm Byzantii; caci
omnes, qui ante Byzantium urbes adi-*

P R A E F A T I O.

ficarunt in ora Helleponsi, aut Propontidu: que et si aliquandiu floruerunt, funditus tamen, aut eversa sunt, aut in vicos redacte; ac si restituuerentur, Constantinopolis, ut prestantior, ei dominaretur. Quamobrem jure dice-
re possumus, eam non modo Ponti, sed etiam Propontidu: & marii Ægai clavem esse. Laudatur Cyzicus, quod duobus pontibus coniungeret Insulam Continenti, & duos sinus contrarios in-
ter se copularet, quam Aristides scri-
bit esse vinculum Ponti, & Ægai, sed qui non videt, quam laxum? Inter Cyzicum, & Europam Propontus lata intercedit: qua ut invitis Cyzicenis transitiones in utrumque mare fieri po-
terant, ita Cyzicensis invitis Helleponsi, & Byzantiu habere utriusque ma-
tri commoditates non poterunt. Pra-
eterero Heracleam, Selymbriam, Chal-
cedonem, in Propontide ora sitas, olim quidem nobiles hominum industria, &
loci natura; sed principibus commodi-
tatisibus privabantur portum similius
Byzantino portui, qui nullis viribus
hostium obrui potest. Illarum jampri-
dem portus obruti sunt: atque adeo ca-
rebant potestate Bospori, & Helleponsi,
quibus nisi non poterant sine volun-

P R E F A T I O.

tate Bosporanorum, & Helleponis-
rum; At Byzantini iis omnibus in-
vitis uti poterant Tonto. Itaque ei ac-
cidere non potest, quod accidit suis vi-
cinis, alisque quam plurimis maxi-
mis urbibus, qua tot annos jacentes in
ruinis, aut excitatae non sunt, aut si re-
stituta, non tamen in pristina sede:
deleta sunt vicina, & nondum resti-
tuta; deleta est Memphis, sed adhuc
jacet, cum Cairica Babylonie ex ca-
stello magna urbi evaserit in ejus vi-
cinia sita; utraque carens opportuni-
tibus Byzantii. Pratereo Assyriam
Babylonem, qua etiam cum floreret,
vidit vicinam urbem adificari, sibi
non cedentes de magnitudine. Cur Ale-
xandria non readificatur, nisi quia ho-
minum industria magis, quam natura
consisteret. Romam antiquam restituit
Petr sanctitas, & Romani nominis au-
thoritas, potius quam naturalis situs,
mari carens portuoso. Sileo Athenas,
& Lacedamonem, qua magis perti-
naci hominum virtute, quam situs
commoditate excelluerunt. Omitto duos
iilos ora maritima oculos Corinthus,
& Carthaginem, quos eadem fermè
temporum effosso, primùm Iulius Ca-
sar restituit, deinde rursus fundit
A 4. eritos

P R A E F A T I O.

eritos nemo instauravit, quamvis Cartago sita in peninsula portuosa quidem, sed duo maria non conjungens. Namvis Corinthus bimaris, arx Peloponnesi, clavis, & compes Gracia nominata sit, tamen duo maria ne duas quidem sinus proximos, quos circuitus peninsula conjungit, unquam conjungere non modo ipsa potuit, sed ne vites quidem imperii Macedonici atque Romanis, id quod artificio potuit Cyzicus, & natura Chalcis Euboica, altera Graecia clavis existimata, quarum omnium circuitus fieri brevi declinatione poterant. At Constantinopolis clavis duplicitis orbis, & mariis Aegei, & Euxini, qua nulla navigatione, nulla circumvitione ne totius quidem orbis jungere possis, nisi ore Byzantio. Pratermitto Venetias, qua magis clauduntur mari, quam claudant maria, magisque labrant maria sejungere, & repellere, quidam conjungere. Sileo totius orbis omnes situs, qui urbes haberunt, habent aut habituri sunt; nullus unquam invenietur, quiet, & tantas communitates habeat non modo ad imperandum, sed ne ad private quidem vendendum. Caritatem annonae nunquam, aut rariissime sentit; cuius continuus campus

P R A E F A T I O.

campus Thracius frumentarius amplius
quaque versus plus minus septem die-
rum iter, alicubi viginti dierum, &
eo amplius. Pratereo Asiam vicinam
proximam, ubertate agrorum frumen-
tariorum, & passionibus redundantem.
Sile ex utroque mari facilem ve-
lauram: jam vini copiam, prater-
quam quod ipsa fert, habet oram Bo-
sfori, Propontidu, Hellesponti vinetiis
confitam, & facilis navigatione infinita
genera habere potest, ceterasque delicias.
Ut Theopompus scribat, ex eo, quod
Byzantium esset nobile emporium, popu-
lum omnem in foro, & portu, & cau-
ponie versari solitum, dantem operam
Baccho. Menander in comedia nomi-
nata Aulitride, ait omnes mercatores
semulentos facere Byzantium. Totam,
inquit, noctem biko, surgo habens qua-
tuor capita. Exigitant comici Byzan-
tios, quod cum urbs obsidione premo-
retur, non alia ratione eos exercitus
imperator in manibus continere posuit,
quam cum prope muros camponas collo-
casset; quod ut fuit popularis gubernationis
vitium, ita loci virtutem, &
copiam ostentat omnium rerum. Car-
niuno quanta sit copia, nonnulli, qui
vidernit; atque si venatores essent,

A s nus.

P R A E F A T I O.

plusquam copiosiores venationes, & am-
plius. Fructibus autem omnis generis,
omnis temporis foras abundant. Quod
si nostri negent, dicam considerent,
quantum natio Mamelana confidere pos-
sit, leniens vini desiderium pomis, py-
ris, reliquisque omnibus fructibus. Li-
gnorum vero abundantiam habet tan-
tam, ut nullis seculis abundatura non
sit, cum ex Europa, tum ex Asia.
Sylva enim immense, perennes, lon-
ga, iter plusquam quadraginta die-
rum, continuata à Propontide ad Col-
chos, & longè ulterius: ut non modo
sibi ac vicinis, verum etiam longinquis
atque adeò ipso Aegypto, & sinu A-
rabico, atque Africæ materiam sup-
pediter in adiuu, naviumque adifi-
cationem: solaque ex maximis urbibus
est, qua nunquam incidet in lignorum
penuriam, non modo ad ignem facien-
dum, sed ne ad adficia quidem &
naves; in quam nostra etate videmus
incidisse maximas Europa, Asiaque
urbes. Piscium vero redundantia ex-
cellit Massilia, Venetia, Tarentum:
sed omnia superat Constantinopolis, qua
velut per portam pisces duplicitis maris
transiunt: neque modo per Bosporum
transiunt, sed ad Byzantium feruntur
relig-

P R A E F A T I O.

relicta Chalcedone , ut uno reti viginti
navigia impleas , atque sine retibus sa-
pe manibus ex Continenti capias ; atque
adeò cùm verno tempore in Pontum
ascendunt densi greges , jactu lapidis ve-
luti aves ferias ; ex fenestris quoque ur-
bis calathis ex corda appensis mulieres
piscentur ; hamisque piscatores sine esca
pelamydes capiant tot , & tantas , ut suf-
ficiant toti Gracia & magna parti As-
sia Europeaque . Et ne numerem piscium
genera , optimarum ostrearum tantam
multitudinem capiant , ut sufficient ,
ut tot dierum jejuniis , quibus Graci
piscibus sanguinis participibus non ve-
scuntur , quotidie videoas in piscariis
foris multa navigia ostrearum plena .
Quod si Byzantii non tanta esset car-
nis copia , si piscibus delectarentur , pi-
scatoresque essent ea industria , qua Veneti , & Maßilienses , libereque piscari
possent , non tantum medium partem pi-
scationis Regi Turcorum tribuerent :
profecto omnes angiportus quotidie im-
plerentur piscibus . Iam nova Roma cœ-
sum quispiam damnabit , ut Ponticum :
ego expertus sum salubrius quam an-
tique Roma , atque ex multis annis vix-
nius , aut alterius anni hyemem per-
frigidam , calores autem astivos tem-
perae

P R A E F A T I O

peratos esse anniversariis septentrionibus, quibus assiduè ferè tota estate aer serenus est: hyeme topescit austri, quibus aer serenus fit; septentrionibus pluvius, contra quam in Italia & Gallia fieri solet. Peste vero minus acerba, minusque mortifera, nec frequentiori quadam magna urbes laborare solent: rariusque laboraret, nisi plebs multitudine, & servis sordide pastis impleretur. Et ne videar landare rhetorum more, quae vix Sophistarum acerbitate reprehendi potest, hoc uno malo laborat, quod barbarus frequentius, quam excultus humanitate habitetur; non quin sit aptus ad molliendos homines etiam barbarissimos; sed quod ob copiam humanarum rerum ejus habitatores remollescant ad resistendum Barbaris, quibus longè latenter circundata est: unde fiet, ut et se ad imperandum natura sit comparata, tamen educatione, & disciplina nequaquam suantur illius incole, copiaque rerum negligentes fiant, & superbia loci rationem consuetudinis, & familiaritatis cum hominibus habenda negligent: unde ob insolentiam odio hominum extrudentur, aut in dissensiones incident; quibus Christiani cives labantes amiserunt urbem, & imperium.

Sed

P R A E F A T I O.

Sed dissentiant, quantumlibet, urbemque, ut saepe fecerunt, inflammat, & funditus evertant, tamen namquam derit, qui eam restituat, ob loci opportunitatem, sine qua pontus Euxinus, rursus Axinus efficeretur, ob copiam Barbarorum Pontum cingentium. Quis enim, nisi longo hujus urbis imperio castigati essent, sive mari, sive pedibus proficisceretur ad oras Ponticas latronibus plenas? quis Bosporum, quem utrinque accolunt Barbarae gentes, penetraret? ac si quis penetraret, tamen Thracibus accolis Pontis rediens aberraret ab ostio Bespori falsa, ut olim faceret solebant, lumina pro phare prætentibus. Non igitur modo navigacionem Penti, Byzantium impedire potest, sed nemo sine ejus subsidio, navigare illic potest. Quare cum totius Europa Constantinopolis sit arx contra Ponticos, & Asia Barbaros, etiam si saepe delectatur, semper non deerit aliquis, qui eam restituat, invitatus loci opportunitate. Quis unquam hostis acerbius urbem aliquam evertit, quam Severus? attamen cum respulit ab iracundia contra Byzantios, animadvertisit se ab antiquis temporibus urbem habitam communem quandam benefictricem omnium, Romanam

P R A E F A T I O.

moni imperii magnum propugnaculum.
delevisse contra Barbaros Pontis & Asia.
Itaque restituere concius est, nomineque
filii Antoninam appellari voluit. Cetera
igitur urbes, ut sint mortales, "hac sa-
nè quandiu erunt homines, futura mihę
videtur immortalis.



INDEX



INDEX

CAPITVM.

LIBRI PRIMI

CAPUT I.

I. De Byzantii conditoribus, & de ejus varia fortuna.	Pag. 21.
II. De magnitudine Byzantii.	28
III. De Constantinopolis instaurazione, ejusque magnitudine.	30
IV. De forma, ambitu, latitudine, & longitudine, qua nunc est Constantinopolis.	39
V. Constantinopolis generalis descriptio.	36
VI. Singularum partium situs.	46
VII. De Primo Colle, & Regis Palatio, ade Sophia, & de Hippodromo.	48
VIII. De Prima Valle.	56
IX. De Secundo Colle.	57
X. De Secunda Valle, dividente Secundum Collem à Tertio.	61
XI. De tertio colle.	63
XII. De valle tertia.	68
XIII.	

I N D E X

XIII. <i>De quarto colle.</i>	70
XIV. <i>De quinto colle.</i>	74
XV. <i>De quinta valle.</i>	77
XVI. <i>De sexto colle.</i>	78
XVII. <i>De valle, qua dividit sexti collis promontorium à septimo colle.</i>	80
XVIII. <i>De septimo colle.</i>	81
XIX. <i>De muris urbis.</i>	83
XX. <i>De Constantinopolis portis, & pterem turribus antiquis Byzantii.</i>	87
XXI. <i>De muris longis.</i>	89

LIBRI SECUNDI.

C A P. L

D E adiunctis & monumentis antiquis Byzantii, & Nova Roma Con- stantinopolitana.	90
II. <i>De monumentis primi collis, & de prima regione urbis.</i>	92
III. <i>De templo Sophia.</i>	102
IV. <i>Descriptio Templi Sophia, quale hodie visitar.</i>	105
V. <i>De statuis inventis in latere adie Sophiae.</i>	117
VI. <i>De Thare Promontorii, & Manga- na.</i>	118
VII. <i>De Therme Zenobippi, & de ejus statuis.</i>	119
VIII. <i>De Xenodochio Sampsoni & Eu- bula.</i>	123
IX.	

C A P I T V M.

- LX. De statua Endoxia Augusta, ob quam Chrysostomus ejclus in exilium. 124
- X. Quam Urbis partem complexa fuerit tertia regio. 125
- XL. De Hippodromo, & de ejus obelisco & columnis & statuis. 126
- XII. De Colosso structilo. 127
- XIII. De Columnis Hippodromi. 135
- XIV. De templo Bacchi, & de aula Hormisda, & de Justiniani domo. 143
- XV. De Portu Iuliani, & Sophia, & de Portico nominata Sigma, & de Regia Sophianis. 146
- XVI. De quarta regione. 153
- XVII. De Foro Augusteo, & columna Theodosii, & Justiniani; & de Se- natu. 154
- XVIII. De Regia & Basilica, & Palatio Constantini, & de domo nuncupata Chalca. 161
- XIX. De Basilica & regia ambulacio- ne. 171
- XX. De Biblioteca Basilica, & de re- gia porticus, & de Basilica cister- na. 174
- XXI. De Chalcopratiss. 181
- XXII. De porticibus suis inter Tala- tium, & forum Constantini, & de do- mo appellata Lampterum. 183
- XXIII. De Miliarie aureo, & ejus statuis;

I N D E X

- statuis; de *Fortuna Urbis*, ejusque statua. 185
- XXIV.** De templo *Neptuni*, & de ade *Mina*, & de stadiis & scala *Tiamasi*. 192
- XXV.** De *Lauson nuncupato*, & de ejus statuis; *Veneris Cnidiae*, *Iunonis Samiae*, *Minervae Lindiae*, *Cupidinis atlatis*, *Iovis Olympii*, *Saturni*, *Monoceratum*, *Tigridum*, *Vulturum*, *Camelopardalium*: & de *Xenodochii cisterna*, *nuncupata Philoxeno*, de *Chrysotrichinio*. 193

LIBRI TERTII

C A P. I.

DE locis regionis quinta, & secundi collis, de *Navali*, & portu nuncupato *Bosporio*, & de *Strategio*, & fero *Theodosiaco*. 198

II. De Regione Sexta, & de reliquis adiiciis antiquis secundi collis. 207

III. De *Columna Purpurea*, & *Foro Constantini*, & *Palladio*. 208

IV. De *Senatu* & *Nymphæo*, statuis *Fori Constantini*, *Philadelphio*, *Museo*, de *Laibaro* & *Suparis*, de morte *Arii*, & templis *Telluris*, *Cereris*, *Persephone*, *Iunonis*, *Plutonis*. 210

V. De Septima Regione. 233

VI. De *Tanro*, & *Foro Theodosii*, & Co-

C A P I T Y M.

- Columna Cochlide Theodosis, & de Tetrapylo, & Pyramide ventorum, de Statuis Arcadiis & Honorii, de templis Irene & Anastasia, & de Scironis petris.* 237
- VII. *De Octava Regione, & de postera parte tertii collis.* 248
- VIII. *De Nona Regione, & de templo Concordiae, & de horreis Alexandriae, & Theodosii, & Thermis Anastasianis, & de domo Crateri, & Modio, & de templo Solis & Luna.* 251
- IX. *De Tertia Valle, & Decima Regione, de domo Placidiae, & regia Placidiana, de aqueductu Valentiniano, & Thermis Constantianis, & de Nymphaeo.* 256

L I B R I Q V A R T I.

C A P. I.

- D E Undecima Regione, & de quarto & quinto collibus.* 265
- II. *De templo Apostolorum, & sepulchro Constantini Magni, de cisterna Arcadiaca & Modestiana, de Palacio Placilliano, & Bove areo.* 270
- III. *De sexto colle, & Decimaquarta Regione.* 290
- IV. *De Hebdomo suburbio Constantinopolio, & triclinio Magnaura, & Cyclobio, & de statua Mauritii, ejusque*

I N D E X.

- armamentario, de loco nuncupato Cy-*
negio. 292
- V. *De Blachernis, & de Triclinio Bla-*
chernao, & Palatio, Aquaducta, &
de multis locis antiquissimis. 300
- V I. *De ponte, qui est ad divum Ma-*
mantem, & de ejus Hippodromo, &
Leone areo, de Mauritii Regis sepul-
chro. 303
- V II. *De septimo colle, & Duodecima*
Regione, & de Columna Arcadii. 305
- V III. *De statuis, & antiquissimo tripede*
Apollinis in Xerolopho statutis. 311
- I X. *De columnis, que nunc extant in*
collo septimo. 319
- X. *De Regione Tertia decima Urbis, Sy-*
cena appellata; & de oppido Galata,
sive Pera. 322
- X I. *Descriptio Galatae; & de templis*
Amphiarae, & Diana, & Veneris,
& theatro Syceno, & fere Honoria-
no. 328





PETRI GYLII

De

TOPOGRAPHIA
CONSTANTINOPOLEOS,

Ei

De illius Antiquitatibus.

LIBER PRIMVS.

CAPUT I.

*De Byzantii conditoribus, & de
eius varia fortuna.*

BYZANTIVM conditum
fuisse Stephanus atque Eusta-
thius memorizæ prodiderunt
à Byzante, Ceroëssæ & Ne-
ptuni filio; vel ab eo, qui
classis Megarensium coloniam deducen-
tium dux fuit, nominatim Βυζάντιον. Ego
hunc etiam Byzanta appellatum arbi-
tror: nam à Byze, Byzeum, potius
quām Byzantium dicemus. Philostra-
tus in vita Marci Sophistæ Byzantini,
B 3 Dm-

Dictem illam classis Megaticæ nominat Byzanta , cum scribit Marcum , quod refert originem sui generis ad antiquum Byzanta , prefectum Megaram , charum habitum fuisse Megarenibus coloniæ Byzantinæ deductoribus : quibus Pythium Apollinem consulentibus , ubi conderent urbem , redditum oraculum est , quærerent sedem Cæcorum terris adversam . Ea ambage Chalcedones monstrabantur , quod priores adveoti illuc , prævisa locorum utilitate pejora legissent . Quod autem apud Iustinum scriptum est , à Pausania Spartano Byzantium conditum , ita intelligendum existimo , ut qui Sycam , quam hodie vocant Galatam à Genuenibus conditam esse affirmant , & Constantinopolim à Constantino , qui , aut reædificarunt , aut amplificarunt , non autem primi ædificarunt : nam cùm ex Herodoto intelligam Dario invadente Thraciam Byzantios , & Chalcedonios ne expectasse quidem adventum Phœniciaæ classis , relictis suis urbibus in interiora Euxini Ponti discessisse , ibique Mesembriam condidisse ; Phœnices autem Byzantium , Chalcedonem combussisse ; arbitror Lacedæmonios Pausania duce coloniam illuc deduxisse , & Byzantium , sive coloniam

CONSTANT. LIB. I. 25
niā prius Megarensium, sive sedem
civium à Byzante Neptuni filio condi-
tam restituisse. Eustathius dicit Anto-
ninam appellatam fuisse ab Antonino
Bassiano Severi Cæsaris filio: sed quan-
diu pater vixit, id nomen obtinuisse,
deinde multis post annis nominata est
Nova Roma, & Constantinopolis, &
Anthusa quasi Florentia, sive Flora à
magno Constantino, unde Priscianus
appellat Novam Romam, Constantino-
politānam. Apollo fælices quidem præ-
dixerat, qui eam incolerent; sed utran-
que fortunam sæpe experta est. Primò
magnis laboribus emersit, impediens
tibus Thracibus, Bithynis, & Gallo-
græcis: in singulos enim annos octo-
ginta talenta Gallis in Asia dominanti-
bus ditt' pensavit. Majoribus crevit:
nec solum externis, sed etiam domesticis
frequenter vexata, nunc optimatum
gubernabatur statu, nunc populari, va-
riasque partes secuta est: sed diu floruit
in republica, lateque in Europa, atque
Asia dominata, præsertim Bithynis,
ut Philarchus tradat in sexto libro hi-
storiarum, Byzantios sic dominos fuisse
Bithynorum, ut Lacedæmonii fuerunt
εἰλάττων, quorum fortuna media erat
inter servorum & liberorum condicio-
nem. Hæc Respublica Ptolemæorum

Ægypti regum nomen coluit, ut Philadelpho honores divinos tribuerit, templumque illi excitavit in conspectu sua urbis: nomen Imperii Romani fovit, primò adversus Regem Macedonum, cui ut degeneri impositum Pseudo-philippi nomen. Sileo missas copias in Aniochum, Perseum, Aristonicum, & piratico bello adjutum Antonium: Mithridatis impetum ægre repulsum, & cervicibus interclusum suis sustinuit: & simul Syllæ, Lucullo, Pompeio valde auxiliata est, quando ea loca insideret, quæ transmeantibus terra, marique dacibus, exercitibusque, simul vehendo commeatui opportuna forent. Tandem Nigri partes secura, contra Severum, omni dignitate principatus spoliata est; & Perinthiis subiecta, & balneis, & theatris, muris, quibus validis excelsisque munita erat, lapide quadrato, & mali constructis, potius quam Milesie, ut placet Politiano: nam neque ex illo antiquo Milesio, neque Miletopoli excisus fuit, cum Miletum remotissimum, & Miletopolis posita juxta Rhyndacum fluvium nullas nobiles lapidicinas habeat, quam quidem vidi funditus eversam lacui Apolloniati propinquam adhuc nomen retinentem. Muri adeò tenaci junctura fuerunt, ut Herodianus teste-

testetur, nemini compositum opus, sed ex uno, perpetuoque lapide vitrum fuisse: ruinas ipsorum, reliquiasque Herodiani temporibus, qui videbant, mirabantur eos, vel qui construxissent, vel qui delevissent. Dion, quem Zonaras citat, mutos tradit munitissimos habuisse Byzantium, quorum lorica lapidibus tres pedes crassis, & qui regulis æcis comprehendenderentur constructa erat: interioraque ipsorum sic erant compacta, ut unus murus crassus omnis structura esse videretur. Turres crebræ & magnæ, portas circum habentes alias aliis superpositas. Muri ex parte Continentis valde excelsi, maritimi humiliores erant. Duos portus intra murum habebat, casenis clausos, quorum brachia sustinebant turres multum eminentes. Ipse cum Græco Codice Xenophontis carerem, arbitrabar Xenophonem de alterutro horum portuum intelligere ex Latina traductione, quæ ita habebat: Cùm ex Chrysopoli Byzantium trajecissent, cumque ex Byzantio exclusi essent milites Xenophontei, repagula perfringere conabantur, portasque se effracturos minabantur, nisi eas Byzantini voluntate aperirent, atque accederent ad mare, & intra oppidum desiliere muris superatis, juxta

B 5 ipsius

ipsius portus latera , quæ , quod curva-
tis utrinque molibus prominent , Che-
las , id est , acceptabula Græci vocant:
at postea incidens in Græcum Cod-
cem , vidi nullam ibi mentionem por-
tus esse , sed duntaxat τὸν χηλῶν Γ
τεῖχος , hoc est , ad crepidines muri ,
sive ad proiecturas fulcientes murum :
ac si χηλὴ Γ λιμένος legeretur , bra-
chium potius , aut crus vertendum fui-
set. Dionysius Byzantius tradit Bospori
primam circuitiōnēm excipere tres por-
tus . Byzantii quingenta habebant na-
vīgia , quorum quædam erant dicrora ,
quibusdam erant gubernacula ex pro-
ra , & ex puppi , & gubernatores , &
nautæ duplices , ut sive invaderent , sive
retrocederent , necesse non esset eas con-
verttere : hostesque fallerent in accessu ,
& recessu . Byzantii Nigro vivente , &c
mortuo multa mirabilia ediderunt trien-
nium obfessi : neque modo capiebant
hostium naves præternavigantes , sed
etiam triremes ex statione hostili abstra-
hebant : anchoras enim urinatores sub
aqua natantes absindebant , & funicu-
lis ad clavos pedum plantis affixos alli-
gatis trahebant sua sponte adnate visas .
Nec primi Byzantii hoc egerunt : nam
Tyrii assueti conchas , aliaque ejusmodi
sub aquis legere , profundo mari nantes ,

ex

ex improviso anchoras hostium præcidebant. Quod Alexander ubi animadvertisset, ferreas catenas pro funibus allegari ad anchoras jussit. Byzantii, cùm omnia consumpsissent, tamen resistebant lignis, quæ ex ædificiis detrahebant, & funibus ad naves utebantur, quos ex capillis fæminarum suarum conficiebant: interdumque statuas, & equos projiciebant in suos hostes. Ut vero omnibus esculentis destituti sunt, pelles aqua mollitas edebant: pellibusque consumptis, alii in alios efficeri cœperunt, humanis carnis vescentes: denique fame oppressi, inviti urbem dederunt. Romani interfecerunt milites, omnesque principes cives: Vrbs tota funditus eversa, muti diruti, quorum ostentatione gloriabantur: simulque theatris, thermis, omnique cultu, atque honore detractis in vici formam redacta, Perinthiis adjudicata est. Ea capta Severus valde lætatus est, eique libertatem abstulit, & dignitatem reipubl. tributo imposito, civium bonis publicatis Perinthiis Byzantium, ejusque regionem largitus est. Severus postea Byzantium profectus, ut vidit cives sibi obviam egressos cum ramis olivarum supplices, deprecantes salutem, & excusationem affrentes, cur illi obstituerint, abstinuit quidem

dem à cæde , sed Perinthiis subiectos reliquit : theatrum tamen illis dedit , & Κωνσταντίνου porticus , & Hippodromum ædificandum curavit , eidemque adjunxit thermas , quas ædificavit in templo Iovis , qui appellabatur Zeuxippus: renovavit etiam Strategium . Quæ omnia Severus inchoaverat , Antoninus filius perfecit.

C A P. II.

De magnitudine Byzantii.

Constantinopolitani cives hujus ætatis dicitant , Byzantium comprehensum fuisse primo colle , hoc est , septo regio : sed amplius fuisse , liquebit ex his , quæ modò dicam . Recentes scriptores ita describunt : Byzantium incepisse à muto arcis , & pertinuisse ad Eugenii turrim ; ascendisse usque ad Strategium , & Achillis balneum , & portam Vrbicion terrestrem Byzantii , inde in chalcopratia & miliarium , ubi altera porta terrestris Byzantiorum : hinc ad columnas Zonarii : ex his descendisse , & flexum fuisse in Acropolim per manganas , & thermas Arcadianas . Quibus ut nonnullam fidem habeam , non tantum facit eorum in aliis permultis mihi cognita fides , quam Eustathius , scribens Athenienses usos Byzantio τῷ πολεμοῖ,

χρίσιον; id est, parva urbe ad servandas pecunias. Sed longè antiquior Zosimus Historicus, Byzantium ita describit: In colle, inquit, situm fuit, occupans partem Isthmi, quem efficiunt sinus nuncupatus Cornu, & Propontis. Habuit portam in fine porticuum, quas Severus Imperator ædificavit, cum iratus esse desisset Byzantiis, quod Nigrum tutati fuissent hostem. Byzantii murus per collem procedebat à parte occidentali usque ad Veneris templum, & ad mare oppositum Chrysopoli; à Boreali vero parte simili modo descendens usque ad portum, quem vocant Neorium, & ulterius usque ad mare, quod è regione jacet oris Pontici, per quod ad pontum Euxinum navigatur. Hæc igitur, inquit ille, antiqua urbis magnitudo, sed Dionysius Byzantius, Zosimo multo antiquior, ut ex ejus scriptis cognoscatur ante Severi ruinam scriptissime, ait ambitum Byzantii circiter quadraginta stadia complexum fuisse, quæ longe majus spatium complectuntur, quam illi tr adiderunt. Herodianus Byzantium tempore Severi urbem maximam omnium Thraciarum fuisse dicit.

De TOPOGRAPHIA

C A P. III.

De Constantinopolis instaurazione, eiusque magnitudine.

Zonaras Constantinum magnuta scribit cupientem urbem sui nominis condere, primò Sardicum Asiz agrum delegisse, deinde Sigæum promontorium, post Chalcedonem & Byzantium. Georgius Cedrinus dicit Constantinum primo Thessalonicam delegisse, ibique biennium agentem loco delectatum, admirabilia templa, balnea, aquæ ductus ædificantem, peste interpellatum, locum hunc reliquisse, & profectum Chalcedonem Bithynorum, à Persis eversam restituere incipientem, admonitum fuisse, ubi Constantinopolis condenda esset, ab aquilis lapillos architectorum iterum, & saepius rapiens, & Byzantium transportantibus. Zonaras idem scribit: lapillos non vocat, sed funiculos: quod commentarium videtur, surreptum ex Dionysio Byzantio, tradente parum abfuisse, quin Byzas conderet Byzantium in loco Semysstra nuncupato, sito ad ostia Cydati, & Barbysæ fluminum, nisi corvus rapiens ex media flamma partem viciens, & deportans in promontorium Bos-

po-

porium Byzantium admonuisti ibi condendum esse Byzantium. At mihi tam cæcus Constantinus non videatur fuisse, quām Chalcedonii antiqui: quorum cæcitate omnibus literatum monumentis decantata edocetus prospicere potuit Byzantium, potius quām Chalcedonem commodius Romani imperii domicilium esse: Quantò melius sentiunt longè antiquiores, è quorum numero est Sozomenus Salaminius, & Zosimus, qui scripserunt suam historiam tempore Theodosii minoris. Hi omissa mentione Sardicæ & Thessalonicæ, & Chalcedonis, tradunt Cōstantinum cogitatem urbem condere sui nominis, æqualis conditionis, parisque honoris Romæ, deprehendisse locum inter antiquum Ilium & Hellespontum cōmodum ad urbem condendam; fundamentaque excisæ, & muri partem in altitudinem extitasse, quæ in hunc diem videtur in promontorio Sigæo, quod Plinius appellat Ajantium, ex eo, quòd ibi Ajax sepulchrum esset eminens in extremas Helleponsi fauces, ubi dicunt stationem navium fuisse, & tentoria habuisse Achæos militantes contra Troiam: Post Constantino commodiorem sedem viam esse Byzantium, quod trecentesimo sexagesimo secundo anno ab impe-

32 DE TOPOGRAPHIA
rio Augusti Constantinus restituit, au-
xit, maximis muris circumdedit, nun-
cuparique novam Romanam Constantino-
politanam lege sancivit, quæ incisa in
columna lapidea, & publica in Strategio
prope Constantini statuam eque-
strem proposita erat. Cùm autem in-
digenas cives existimaret non sufficere
magnitudini urbis, juxta fora sparsim
ædificavit domos, quas dedit habitan-
das Senatoribus, atque illustribus vi-
nis, quos secum duxerat ex urbe Ro-
ma, atque ex aliis gentibus. Fora con-
stituit alia ad urbis ornamentum, alia
ad usum civium, Hippodromon sacris
ædibus, fontibus, porticibus instruxit,
& Senatu, quem habere voluit eundem
honorem, quem Senatores Romæ ha-
bete solebant. Regias ædes condidit non
multo inferiores Romæ regiis ædibus.
Denique in omni ornatu similem, æ-
qualemque Romæ Italæ efficere stu-
dens, in eam magnitudinem perduxit,
ut Sozomenus tradat, hominum mul-
titudine & divitiis majorem Constanti-
nopolim esse, quam Romanam. Eunapius
Sardianus, non ignobilis scriptor, quam-
vis Constantino infestus, tamen Con-
stantinopoleos magnitudinem maxi-
mam designat, his verbis: Constan-
tinopolis, inquit, antiquum Byzan-
tium.

dum, temporibus quidem antiquis præbuit Atheniensibus transmissionem frumentorum, quod illinc copiosam effetti solebat: sed temporibus nostris, neque ab Aegypto multitudo oneriarum navium, neque ex omni Asia, & Syria, & Phœnicia, & ex aliis gentibus importata, multitudo frumenti Constantinopolim implere & satiare potest populum, quem Constantinus in urbem Byzantium translatis ex aliis urbibus, quas hominibus spoliavit. Similiter Zosimus, et si Constantino non æquus, ob religionem, tamen facetur eam auxisse in magnitudinem maximæ urbis; atque ultra Byzantii muros quindecim stadia urbem circumplexum esse muris intercipientibus Isthmum ex mari in mare. Quam Constantinus quamvis maximam effecit; tamen Imperatores, qui post Constantinum imperaverunt, maiorem effecerunt: & propter multitudinem undique confluentium in Vrbe militez, vel mercaturæ, vel aliarum rerum causa, aliis mutis malto majoribus, quam Constantiniani essent, eam circumdederunt; & habitationes ita angustas esse permisegunt, ut etiam habitantes in foris angustè habitaarent, ut viatores cum periculo incederent proprie hominum, animaliumque multi-

tudinem. Vnde factum fuit, ut maris non parva pars circumdeuntis Vrbem exsiccata fuerit, & palis in circuitu defixis, & domibus supra palos impositis urbs magna facta sit ad capiendam populi maximam multitudinem. Et haec quidem Zosimus ait de magnitudine, qua erat temporibus vel Arcadii, vel Theodosii. Agathius scribit temporibus Iustiniani adeò continentia, & perpetua fuisse Vrbis ædificia, & conjuncta inter se, ut ratissimum videret quipiam locum sub dio apertum, & undique liberum, ut rectis oculis cælum suspicere posset. Quam etiam magna fuerit urbs ante Iustiniani tempora, colligere possumus ex antiqua Vrbis descriptione incerti autoris, sed antiqui, & fidei pleni. Is dicit Vrbis longitudinem fuisse à porta Aurea usque ad litus maris directa linea pedum quatuordecim millia septuaginta quinque; latitudinem autem pedum sex millia centum quinquaginta. Neque tamen Iustiniani temporibus intra Vrbem Blachernas fuisse, colligere licet ex Procopio; etiam si ante Iustiniani Imperium Vrbs aucta fuisset à Theodosio minore; qui, ut tradunt Zonaras atque alii, id negotii dedit Cyro urbis Praefecto. Is magno & prompto studio excitavit ter-

re

extrem murum à mari ad mare sexaginta diebus. Urbis populus hoc opere delectatus, & celeritatem admiratus, exclamavit Cyrus, & publica voce in theatro coram Imperatore Theodosio pronunciavit: Vrbem Constantinus condidit, Cyrus renovavit: hinc invidia Cyro conflata, & suspicio. Itaque Theodosii iussu invitatus tonsus, deinde Smyrna Episcopus constitutus est. Hunc nominant Epigrammata Constantino inscripta, in portis Xyloceri & Regini nuncupatis, his verbis:

Eἰς τὸν πόλιον Ξυλοκέρω^ς
[Ξυλοκέρως, η̄ Ξυλοκρίκως] •
σὺ Βυζαντίῳ.

Θεοδόσιο τὸ δὲ τεῖχον αὐτὸν, καὶ
ὑπαρχόντες
Καισαρίᾳ ἐτάξαν σὺ οὐ μαζεύεις οὐδὲ
κριτεῖς.

Eἰς τὸν πόλιον Ρηγίω^ς
σὺ Βυζαντίῳ.

Ημαζεύεις οὐδὲ κριτεῖς φιλοσοφίῃ βα-
σιλῆς

Καισαρίνος ὑπαρχόντες μαζεύεις τεῖ-
χον τεῖχον.

Qua autem causa moverit Constanti-
num, ut Byzantium, novam Romanam,
Reginam Imperii Romani constituerit;
Sozomenus atque alii tradunt, Deum
noctu Constantino visum oraculum de-
disse, ut ad Byzantium conderet Vibem
dignam suo nomine. Alii tradunt, ut
Iulius Cæsar evitare volens insidias, co-
gitavit migrare Alexandriam, vel Ilium;
translati simul opibus Imperii, exhaus-
taque Italia delectibus, & procutatio-
ne amicis permissa: sic Constantinus sen-
tiens se venisse in odium Senatus Popu-
lique Romani, exaustra Roma migra-
vit primò Ilium, deinde Byzantium.
Zosimus nomini Christiano infestus,
causam affert maximè impiam. Con-
stantinus, inquit, cum sustulisset Cri-
spum, atque alia scelera commisisset, à
sacerdotibusque expiationem eorum pe-
teret, responsum ab eis accepit se tan-
tam scelerum impietatem purgare non
posse; sed hanc Aegyptium quendam
posse, qui ex Iberia Romanam profectus
allocutus Constantinum affirmavit om-
nium scelerum ipsum purgationem ade-
pturum, si Christianorum confirmaret
opinionem, quæ hoc constitutum pro-
ficeretur, impiè, & sceleratè contami-
natos. statim pœnitentes veniam asse-
qui omnium malefactorum suorum.

Con-

Constantinus facile sermonem excipiēs, reliquit religiones patrias, & particeps factus est eorum, quæ sibi communicaverat Ægyptius ; impietatisque principium fecit manticam habere suspectam. Instante autem festo, in quo necesse erat in Capitolium ascendere exercitum, & ritus religionis suæ implere, metuens Constantinus interesse festo, ex visione ab Ægyptio sibi missa, improbante ascensum in Capitolium, à sancto sacrificio patro desciscens, Senatum, Populumque Romanum excitavit in odium sui. Qui non ferens omnium execrations, & convitia, Vrbem similiter præstantem, ut Romam, quærebat, ubi Palatia regia constitueret, & sedem Imperii : cùm locum inter Troadem, & antiqua Ilium invenisset aptum ad Vrbis ædificationem, & Palatia regia constituenda, fundamenta jecit, & multi partem excitavit. Vbi verò hujus loci Constantinum pœnituisse, opus reliquit imperfectum, & Byzantium accessit, admiratus Vrbis situm, judicavit hanc aptam maximè esse ad Regis domicilium excipiendum. Hæc quidem Zosimus, Iuliani studiosus, Constantino ob religionem infestus : à cuius sensibus, ut penitus abhorreo, ut ei non assentio de sceleribus impiis, quæ false

C S impin.

impingit Constantino, quæ alienissima à mente Constantini, maximè pii, humanissimique copiose monstrare conatur, nisi hoc præsens institutum tantam digressionem non patetur; nisi etiam satis Sozomenus & Euaglius ea redarguissent, & confutassent. Ita in describenda magnitudine incrementi Vrbis ei assentire cogor, cùm ex eo, quòd etiam si Constantino infestus, tamen tantam, tam magnam, tam pulchram cogitur fateri Constantinum ædificasse: tum etiam magis ex eo ipso, quòd is vicinior multis seculis esset temporum Constantini, quām recentes monachi, qui incertis libellis, quos ipsi inscripserunt de patria Constantinopolitana, Constantinopolim ita designant; Constantinum posuisse myrum à turre Eusebii, quæ finis erat antiqui Byzantii, usque ad Divum Antonium, à topis nuncupatis, ad Sanctam Deiparam nuncupatum Rabdon, & ascendisse usque ad Exacionion, à milliario penetrasse ad portas antiquas Ioannis Præcursoris, & transisse usque ad cisternam nuncupatam ab Homine bono, inde transisse ad Armatum, atque usque ad Divum Antonium. Hanc descriptionem excutrem, nisi eorum autores ita mendaces in permultis expertus essem, ut prætercundos

cundos putem. Hoc ferre non possum, quod ponunt Ioannis Praecursoris templum intra muros Constantinianos fuisse, cum etiam multis annis post Constantium extra Vrbem fuisse, atque alia sim infra demonstratus.

C A P. IV.

*De forma, ambitu, latitudine, &
longitudine, qua nunc est
Constantinopolis.*

Constantinopolis ex tribus partibus
alluitur mari: ex Aquilone sinu
Cornu nuncupato, quem in Europam
insinuat Bosporus; ab Oriente cingitur
Bospori extremis faucibus; à Meridie
Propontide, ab Occidente terra Thra-
cia. Forma illius est triangula: cuius
basis est pars vergens ad Occasum, ver-
tex autem pars pertinens ad Ottum, id
est, ad initium peninsulæ; sed lateri-
bus disparibus: latus enim spectans ad
Occasum, ab angulo sinus lunatam cur-
vaturam admittit: deinde postquam lon-
go spatio processit, ex Aquilone flexi-
tur ad Meridiem: latus verò vergens ad
Meridiem, admittit flexum ea latitudi-
ne, ut si ab angulo ad angulum linea re-
cta extenderetur, sinum maris intercipe-
ret in medio largum plus minus duobus

C 4. stadiis:

stadiis : latus verò pertinens ad Septentriones , & sinum Cornu nuncupatum , si ab angulo uno ad alterum angulum linea duceretur , totum sinum Cornu , & partem urbis Galatz interciperet : sic enim curvatur latus , ut ejus duo extrema cornua arcum efficiant , duos arcus in medio flexu habentem , sed sic introrsus recedentes , ut duo extrema cornua arcus se includentis , non impediant , quominus qui ex alterutro cornu cernens videat utrumque cornu . Magis igitur propriè Constantinopolis tricornis , quam triangula . Nam recti anguli non prominent extra latus , neque recedunt ; cornua verò prominent & recedunt , & incurvantur . Itaque si hæc tria cornua quatenus eminent extra truncum Vrbis , abscederentur , Vrbs remanebat quadrata , oblonga , aliquanto plus miliati lata , ter tanto ferè longior , quam latior : ac si cornu , quo scinditur Bosporus , non flesteretur ad Ottum solsticialem , sed ad æquinoctialem dirigeretur , Vrbs trianguli formam tenere posset : nam Vrbis latus vergens ad sinum ferè esset rectum , & Proponticum latus magis dirigeretur , & pati propè anguli essent latitudine ; sed tamen anguli absoluti figuram nondum obtineret : nempe alii hebetiores , alii acu-

acutiores, & latera nondum rectis lineis dirigerentur. Nos tamen, ut omnes existimant, triquetram dicere possumus, tribus grandibus angulis consistentem: quorum unum spectans Propontidem, alterum pertinens ad continentem Thraciam, eadem sunt longitudine; tertium sinui adjacens, brevius est uno circiter miliario. Ambitus urbis non attingit tredecim miliaria: quamvis Laonicus Chalcondylus in Historia, quam scripsit de Ottomanis, tradit Constantinopolim circuui complecti centum & undecim stadia. Ejus longitudo discurrens per dorsum promontorii sex colles efficientis, non longior est triginta stadiis: at si Urbs esset trianguli recti, non longè excederet novem miliaria. Sed si ejus situs collinus in planitie explicaretur, in ampliorem dilataretur latitudinem: attamen nondum ad magnitudinem, quam vulgo Byzantini ei attribuunt, videlicet duodeviginti miliariorum: neque tamen plura aedificia conineret, quod sita in collibus, quam si esset posita in librata planicie, propterea quod aedificia non in solo inclinato, sed ad libellam piano aedificantur. Non enim eadem ratio dormorum, & hominum: nam plures homines ambitus Constantinopoleos-

C 5 conti-

continere posset in collibus sita, quam si esset plana, non item plures domos. Sedes enim hominum in clivo consistere potest, non item domorum, quarum solum explanatum esse oportet. Ejus latitudo varia: ab Oriente ad medium ferè Vrbem usquam strictior miliario, neque latior duodecim stadiis: deinde sensim dilatatur in duo cornua; ubi tam larga est, quam tota ferè urbs longa: nec admodum dissimilis est aquilæ pandenti alias, oblique intuenti simistrorum: in cūjus rostro positus est collis primus, ubi Regis Palatium, in oculo templum Sophiæ, in capitinis vertice posteriori ferè est Hippodromus, in collo sunt duo colles, secundus & tertius: Reliqua Vrbis pars alas, & cæterum corpus occupat.

C A P. V.

Constantinopolis generalis descriptio.

Constantinopolis occupat peninsulam septem colles complectentem: quorum unum efficit urbis angulus orientalis, inchoans Promontorium, quod Plinius appellat Chrysoceras, Dionysius Byzantius Bosporium. Hic collis primus est divisus à secundo colle, valle lata: reliquos sex colles efficit *idem*.

idem Promontorium Bosporum , ita ab exordio peninsulæ orientali ad Occidentem pergens perpetuo dorso leniterque convexo , ut sex colles ex suo latere dextro in sinum eminentiis porrigit , & valles quinque emittat ; sed nullas penetrantes deorsum , excepta tercia , & quinta. Sed ita , ut suis jugis paululum depresso dorsum Promontorii ferè æquum continuunt ; sinistro autem latere feratur perpetuo clivo , ut colles non habeat , sed tumulos , & valliculas exigue depresso , procliviores tumulis ipsis : & ita dorsum Promontorii tendit aliquantum dispati planicie , & altitudine , ac curvatur duos flexus recipiens , primum prodiens ex jugo primi collis. Vnde leniter assurgit usque ferè ad alterum flexum , qui fit in jugo tertii collis , ubi exiliter deprimitur , dum vallis jugum intercedentis inter tertium , & quartum collem admittit. Inde mediocri intervallo clivoso assurgit : deinde æquale ferrur ad Occasum usque , ferè ad murum terrestrem , ubi paululum eminet. Promontorii hujus , quod dico efficere sex colles , planities varia : nam alia in dorso , alia in radibus , utraque inæqualis , in primi collis jugo librata , larga ducentos circiter passus , longa septingentos. Deinde pro-

diens ex hujus collis fastigio, leviter per-
venit ad jugum secundi collis, ubi larga
quingentos passus, sed tota ferè leniter
devexa, in jugo unde nascitur secunda
vallis angusta, & exiguae prona, in tertio
colle latior sexcentis passibus, sed æqua-
lior eo loco, unde oritur tertia vallis
ampla sexcentos passus. Ex qua ascendi-
tur brevi clivo in quarti collis jugalem
planitiem non ampliorem ducentis pas-
ibus: in quinto dilatatur in passus circi-
ter septingentos: in jugo, ex quo na-
scitur quinta vallis, restrictior; in sexto
molliter attollitur. Iam vero ima pla-
nities inter mare & radices Promon-
torii procurrens, et si totum promon-
torium perpetua ferè cingit, tamen va-
ria est: nam minor est ad radices col-
lium, dimidio latior ad valles: ita enim
ab initio promontorium ambit, ut in
valles tres insinuata pateat in latitudi-
nem mille passuum, juxta colles illus-
quam angustior jugere; excipio tertii
collis radices & quinti, ubi est angustif-
sima, in quartam vallem longè lateque
spatiatur. Ad radices sexti collis contra-
hitur, exceptis radicibus duorum tumu-
lorum positorum à tergo primi & se-
cundi collis, quorum alter eminet us-
que ad littus, alter prope accedit. Sed
Urbis ut situs facilius explicitut, per
partes

partes describam valles & colles, quorum jucundus prospectus est: ex eodem enim promontorii dorso sex colles nascentes, eminentis in Sinum, ut fratres dicere possis, ita per ordinem locati sunt, ut alteri alterorum aspectum non auferant, ut per Sinum navigans, omnes videat ita eminentes in Sinum; ex tribus lateribus ut singuli duo ostendant latera. Primus eminet in Ortum solstialem, ad claudendum Sinum, secundus tertiusque interius recedunt, versus Meridiem; reliqui eminent in Septentriones tam sensim, ut uno aspectu videte eorum omnium possis duo latera: neque unius altitudo alterius altitudinem privat aspectu navigantium per Sinum. Primus est secundo humilior, secundus tertio, quartus, quintus, sextus aut paulò editiores tertio, aut paululum cedunt; id quod Aquæductus libella deprehendere licet. Primus enim collis inferior tertio & quarto deprehenditur ex turre librante Aquæductum, per quam amplius quinquaginta pedes aqua in altum exprimitur. Atque clarius ut res intelligatur, divisione utar non quidem in longitudinem utbis à Bospori extremis faucibus ad mœnia circuitu matis carentia pergentem, sed in latitudinem tendentem à Propontide ad Sinum Ce-

tas nuncupatum. Quod autem latitudinem in sex partes dividam, naturalis situs Promontorii me informat, qui divisionem in sex colles vallibus distinctos in Sinum eminentes informavit: verum non absolvit, non enim dorsum Promontorii transeunt. Romanos colles facile est secernere, quos Natura secrevit vallibus: at Byzantini adeo dorso inter se cohaerent, & Promontorii eos procreantis pars, sita à tergo collum, non similiter ut à fronte intumescat, ut aliter eos describere non possem, quam hos sex colles esse unius Promontorii dorsum perpetuum, prominens inter valles alternas. Itaque non aliter definiam, quam primò describam partem Promontorii dextram; hoc est, collem, aut vallem; postea partem sinistram, positam à tergo collum, aut vallum.

C A P. VI.

Singularum partium situs.

Prima latitudinis pars est frons peninsulae Promontorii, amplius mille passibus patens, vergens ad Orientem, adjacens extremi Bospori faucibus. Is enim ita secundum frontem Promontorii discurrit, littore curvato leniter in arcum, ut ab angulo, quo Bosporus scinditur

ditur in sinum Ceras, & fretum extrematum faucium Bosporanatum, intervallo circiter quatuor stadiorum pertineat à Septentrione ad Meridiem; deinde spatio quatuor stadiorum ab Oitu solstitiali se convertat ac Oceanum brumalem, usque ad initium Propontidis, cuius cum Bosporo conjunctio finit Promontorii frontem, & flexum Urbis incurvat ad Occidentem æstivum intervallo duorum miliariorum: ipsa autem frons planitem maritimam habet patentem in latitudinem ducentorum passuum, tam longam, quam ipsa longa est; supra planitem continentis clivi omnes ferè molles, non excedentes altitudinem quadringentorum passuum: clivorum pars sinistra exposita Orienti brumali, habet in jugo Hippodromum: pars dextra respiciens ad Orientem æstivum, efficit latus primi collis, in cuius summo est Regis Palatium. Possem frontem totam, cum planicie & clivo æqualiter procurrentibus continuata sit, & cohærens cum colle primo, dicere partem primi collis. Verum ut distinctius intelligatur, trahabo separatim.

De Primo Colle, & Regis Palatio, ade Sophiae, & de Hippodromo.

PRIMUS collis ab Ortu solstitiali ad Occasum brumalem proferens suam longitudinem, primò patet in latitudinem triginta passuum, sed subitò fit latior; deinde paulò minus in latitudinem porrigitur, quām in longitudinem. Nascitur ex peninsulani isthmi angulo, effidente verticem triangulæ Vrbis. Proicit velut mucronem, seu linguam moliter in planum devexam, seu rostrum, quo Bosporus in Fretum sui canalis, & Sinum Ceras nuncupatum scinditur. Extinctus ultra eæteros coiles totus ferè in Sinus ostium, aditumque projectus, & tanquam brachium immissum claudit Sinum: ut lineam ab ejus mucrone si duceres ad angulum Vrbis occiduum, intra lineam totum Sinum, maritimamque Galatæ oppidi planiciem includeres: id quod magno naturæ munere, Sinum protegens, à ventis utriorem, & portuosiorem efficit. Undique proclivis prominet, excepta cervice, qua plana adnectitur reliquo dorso Promontorii similiter plano. Illius cœvi, spectantes ad Ortam solsticialem, & Septentrion-

trionem , mediocriter supini , & molles : reliqui proniores , ut alicubi gradibus ascendantur ; sed omnes , ubi clatiores , nusquam quadringentos passus excedunt . Planicies maritima imos collis clivos ambiens , varia est . Eam quæ ad Orientem pertinet , latiorem facit latus intumescens in curvaturam lunatam ; illius vero , quæ ad Septentriones , & Solis Occasum contuetur , latitudinem auget vallis dividens primum collern , à secundo colle . Iugi planities librata est in passuum longitudinem circiter septingentorum . Collem totum non solum natura munivit , quæ ab Oriente ipsum Bosporo , à Septentrione sinu Cornu nuncupato , ab Occasu solsticiali valle circumclusit ; verum etiam Regii Claustræ muris undique clausus est ; quibus frequentia pionarum , & curtium distinctis , nihilque à murorum urbanorum forma differentibus , à reliqua Urbe separatur . Maritimam planiciem , & clivos imos occupant Regii Horti . Ex collis supercilio longè latèque matia camposque despicit Regis Palatum , in summis clivis partim situm , partim in jugi planicie ; in qua duæ Palatinæ areæ undique clausæ : prima patet in passuum longitudinem circiter septingentorum ; in latitudinem

D

vero

50 DE TOPOGRAPHIA

verò ducentorum : quam subsequitur
altera insector , à prima muri & foti-
bus divisa , quadrata , longitudinis du-
centos passus habens , ~~in~~que ambiorū
porticu , mulcis & variis columnis mat-
mōreis sustentata . In media area ali-
quot Platani , & Cupressi litigantium
urbam adumbrant . In angulo Septen-
triones conspicienti Forum Iudiciale
est , quod Turci D I V A N U M appelle-
lant . In area latere vergente ad Solis
Ortum æstivum collinet Regia Domus .
In latere brumali consistunt Thermæ ,
& Culizæ Regiæ , octo hemisphaerii
caminatis constantes . Eamē enim u-
numquodque hemisphaerium concame-
ratum , parvæ ædicolæ similiudidem
gerens , nihil aliud est , quam lucu-
lentus caminus in summo vertice fasti-
giatus in figuram laternæ . Fores primæ
areae sitæ in media cervice , in qua collis
jugum jungitur ad libellam piano dor-
so Promontorii ferreæ duplices , & bi-
valves inter se distant viginti passus ;
inter quas stant janitores . Ex utroque
vestibuli latere fulgent arma suspensa .
Porcarien lissina & parastades marina-
ribus nitent . Supra fores existit ædi-
ficium quadratum , regulis plumbeis te-
ctum , ut cætera omnia Palatij ædificia .
Ex prima area patet aditus ad secundam
infe-

interiorē aream , per portas binas , &c duplices : inter quas media stirpium janitorum statio , & arma appensa lucent . Harum portarum pars exterior prae se vestibulum non habet , sed interior habet velut quoddam vestibulum egredientes excipiens . Decem columnis varii marmoris sustinuntur : cujas lacunaria ento , & ditissimis coloribus operate Perfico elaboratis elatè superbiunt . Ad tertiam portam , qua pacet intimus aditus ad Aedes Regias , stant intimi janitores , & praefectus janitoribus , & Regio cubiculo . Hac nulli liberè ingrediuntur , nisi servi ministri Regiae Domus : careri ingredi non possunt , nisi regio permisit , nisi Rege sedente intris prope fortes , ut regii Sacrapæ , cum Regem salutare habent incoesse : aut Legaci osculo Regis manam venerantur sedentis in leonina quidem hemiti , sed superbe strata intra aediculam marmoream , auto , argentoque , & gemmis fulgentem , citimodocam porticu sufficiata columnis egregii marmoris , spicas & capitula inservata habentibus . Praeter quas commemoravi portas , Regium Claustrum multas alias habet , solidi Regi , regisque intimis ministris patentes . Evidem memini me duodecim auuncias , festivas venas ; ex parte

Vrbis septem, quatum duæ mati propinquiores, vñhem sc̄en transmittent, ex parte maritima quinque: prima ad Septentrionem, & Sinum vergit; secunda in collis mucrone sita, ampla, præ se vestibulum habens laqueatum, auto, & pictura Pertica illustratum, sustentatum columnis marmoris Ophitici: intuetur medium Bosporum venientem. Ab hac non procul tertia conspicit Chalcedonem, & Solis Ortum, ante quam naviculae in clausa statione manent, quibus Rex ad venationes hortosque navigare solet. Quarta Solis exortum spectat hibernum, non longè à ruderibus ædis Christo factæ, cuius vestigia in muro inclusa apparentia Græci frequenti aditu venerari solent. Ultra hanc quinta videtur, apud quam tigna recta stant, ad speculandum pisces retia subeuntes. Ex hac regii pescatores prodire soliti sunt. Amoenissimum (ut id obiter interponam) prospectum cum omnes Byzantii colles habent, tum longè amoeniores, Collis Primus, in quo laxissime habitat Rex. Is sive in hortis ambulet, sive domi jaceat, à fronte prospicit Bosporum: ejusque utraq[ue] littora viuentia sylvis suburbanorum prædiorum, à dextera campum Chalcedonensem suis

sais hortis consitum, Propontidem, insulas frequentes, nemorosos montes Asiae, & longè retrò respicit Olympum Asiae, perenni nive rectum, & propè nobilem Vrbis partem, ædem Sophiæ, & Hippodromum. A sinistra in-
tuetur sex Vrbis colles, & Thraciæ cam-
pos longè lateque patentes circumspi-
cit undique; & quoquo versas navi-
gantes hos à Ponto, vel ab Hellepon-
to: alios, eosque divetsos, ab omni-
bus Propontidis oris venientes, alios
sinum Ceras sursum deorsum navi-
gantes. Prospicit omni temporis momen-
to infinitam multitudinem scapharum
ultrò citroque trajicientium. Despicit
sub oculos subjecta tria collis latera,
vestita omni genere florum, arborum,
herbarum. Neque enim modo hic a-
mœnissimus prospectus est Regiis Æ-
dibus, sed etiam omnibus hortorum
clivis, in quibus permulta specula, ac
potius collis triplex latu totam spe-
cula existit. Ac si proprius mare con-
tueri vult, in medio littore falangiato
in mucronem, quo Bosporum in duas
partes dividi diximus, Porticus Regia
fulget marmoribus & columnis, ha-
bens aspectum pulcherrimum amœnif-
simusque; cui omni æstatis tempore
afflant molles auræ; in qua undique

D 3 virgeis

virgeis cancellis minutis , & velut reticulatis clausa Regem sedentem nemo introspicere potest. Itaque ille à nemine visus , alter Gyges , videt omnes circumnavigantes adeò propè , ut qua quisque facie sit , internoscere queat : & , si fortè servorum domesticorum frequentem usum fastidit , externorum liberorum excitari potest ridicula dicitate , non solum remis , sed euam contis ad crepidines littoris firmatis contendentium superare rapiditatem Bospori , Rhodano longè celeriorem , extra Regium Claustrum excellit Aedes divinæ Sophiæ , à valvis claustrorum Regii distans passus circiter sepeuaginta , sita in primi collis cervice , atque adeò in supercilio clivi eminentis supra hortum primæ vallis , ex qua gradibus lapideis ascenditur ad portam Claustrorum Regii , in ædemque Sophiæ , quæ ab ortu Solis hyberno habet clivos adeò molles , ut sensim , & latenter definant in supernam , & infernam planiciem . Denique omnes clivi à Septo Regio ad Hippodromum leniter proni sunt : Ab æde Sophiana pergit planicies inter Meridiem & Occasum , ad finem Hippodromi patens in passuum longitudinem amplius septingentorum . Hippodromi longitudine duo stadia excedit , lati-

Latitudo stadium æquat: ejus planities ad libellam æquata est, sed hominum opere potius quam natura. Ejus media pars, pertinens ad Propontidem, ex triplici latere clivis cingitur: lenibus quidem ab Oriente, ab Occidente vero pronis, & in magnam altitudinem depresso; à Propontide vero non modo proclivibus & præcipitibus, sed etiam ad perpendicularum directis, altis plus minus quinquaginta pedes. Tota enim Hippodromi frons substructis fornicibus constructa, Hippodromum planum praestat, & pulcherrimum prospectum exhibet Propontidis; ut ex Hippodromo non modo navales, sed etiam Delphini sakanter videantur. Ejus gradus paucis ante annis ex latere vergente ad Septentrionem, extantes ab Abramo Bassa, dum suas ædes ædificaret, sublaci sunt. Intra Hippodromum & Propontidem procurrit planities in passuum latitudinem quadringtonorum explicata, in qua postea describeretur templum Bacchi & Sergii. Sub Hippodromo versus Meridiem est porta Leonis marmorei. extra urbem siti, in ruderibus Palatii Leonis Mæcilli; quæsæ fenestræ antiquo opere laboratae exstant in muro inclusæ. Palatium postquam erat in tumulo mare at-

56 De TOPOGRAPHIA
tingenti, in altitudinem circiter centum
passuum edito.

C A P. VIII.

De Prima Valle.

EX prima Promontorii planicie, in
qua dixi Sophiæ templum, & Hippo-
dromum esse, molle dorsum secundi
collis mille passibus leniter ascenditur
usque ad Columnam Purpuream, po-
sitam in summo vertice secundi collis,
quem ab Oriente claudit prima vallis,
quæ primum collem dividit à secundo
colle. Nascitur à planicie Sophiæ, pro-
cedens à Meridie ad Septentiones. Si-
militudinem gerit circini diducti in cru-
ra rigentia: alterum quidem crus ad Or-
tum solsticialem, alterum ad Septentrio-
nes porrigit. Per hanc medium incedit
murus Claustrum Regii, à reliqua urbe se-
gregans claustrum Turcicum. Promon-
torii ima planities longè lateque ita in
hanc vallem insinuatur, ut à sinu ad
ædem Sophianam mille passus ambu-
les plano ferè pede: primo maritima li-
brata patens in quingentos passus, de-
inde in vallem insinuata trecentos passus
molliter assurgit; ut etsi leviter devexa
est, tamen lubrico lapsu aquæ declivi-
tatem sequis potius, quam pedibus; pri-
mum

mum laxa, & paululum prona, deinde pressior, post in duas valliculas stringitur; quarum vicina Sophiae, et si longa est quadringentos passus, tam en molliter acclivis est, & perangusta, ut ejus imam planitatem via publica occupet.

C A P. IX.

De Secundo Colle.

Promontorii dorsum leniter intume-
scens, & duæ valles secundum col-
lem efficiunt. Prima à Solis Ortu pri-
mum collēm dividit à secundo; altera
ab Occasu secundum sejungit à tertio: à
Septentrioribus maritima planicie clau-
ditur; à Meridie dorsum ad Septentrio-
nes portigit leniter devexum in longi-
tudinem mille passuum, in latitudinem
vero quadringentorum. Totius autem
collis latitudinem variam efficit, varia
vallium latitudo; valles enim, quibus
intercluditur à summo, petangustæ ip-
sum ampliant, ab imo latè patentes
attingunt. Ejus longitudinem produ-
cunt sui cumuli, quibus duobus promi-
net in Sinum. Triplici clivo deprimitur
in variam altitudinem; nam clivus spe-
ctans ad Ottum Solis hyperbæum, à sum-
ma valle ad summum collis versicem,

D 5 affcen-

58 DE TOPOGRAPHIA
assensu circiter mille passuum aequabili-
ter & leniter pronō effertur: deinde
minuitur, ut vallis augetur, & laxa-
tur: procliviorque sit duabus valliculis,
(quas emitit ipsa vallis,) pronis qua-
dem, sed centum passus non excede-
tibus. Clivorum ad Sinum vergentium
altitudo quam varia sit, quinque vi-
demonstrant, ab imis radicibus ad sum-
mum jugum pertinentes. Prima in pa-
ssuum altitudinem quingentorum affur-
git: quorum ducenti exortentes à pe-
nīmis radicibus, valde proni, trecenti
supini. Secunda via sexcentos passus al-
ta, è quibus centeni per immam valli-
culam leniter furgant, deinde cuncta
maximè propendent, ut gradibus af-
scendantur: post quadringenti paula-
tim collis dorsum fastigiant, usque ad
verticem lacum feragintā passus. A ver-
tice dorsum prominet ad Meridiem
centum quinquaginta passus, ad viam
usque procedentem ab Aede Sophiae ad
Columbam Porphyreicam. Reliquarum
trium viarum existunt à radicibus
collis centum passus exiguae proni, du-
centi raukum proclives, ut infraebris
molliantur: quingenti leniter jugum
collis ad culmen producent. Praeterea
ex clivorum latore, quos dixi vergere
ad Sidum, duo tumuli eminent, unus

ip

in Septentrionem , alter ad Orientem : uterque in alterum inclinatus , valliculam efficit ab Oriente cinctam clivo pronō , alto octoginta passus placide devexos : unde sit , ut maxima pars clivorum hujus collis contineatur Orientem ; latus collis spectans ad Solis Occasum variam acclivitatem habeat . Nam ejus clivi attingentes imam vallis planitiam in longitudinem trecentorum passuum ab imo ad medium præcipites , & penè directi sunt , à medio ad summum leniter devexi : qui vero eminere in summam vallim , non excedunt ducentos passus ; sed variè declives : ut enim vallis assurgit , ita clivi molliuntur : Duplice acclivitate deprimuntur clivi omnes collis ; una in longitudinem , altera in latitudinem : qui enim defident in Orientem & Occasum , ita defident , ut etiam defideant in Septentrionem . Denique universa ejus latera quantumlibet alta sint , tamen eorum pars valde proclivis stadium non superat , reliquæ partes molli clivo subsidente , radices sensim deducuntur in planitiam : summi clivi dorsum efficiunt semiplanum , planities maritima inter sinum & collem intercedens ad radicem tumuli vergentis ad Aquilonem (ubi strixissima est) patet in latitudinem trecentos

60 DE TOPOGRAPHIA
centorum passuum, sed subito dilatatur
ex utroque tumuli latere in quadringen-
tos passus, eoque magis quo longius
insinuatur in valles. Venio nunc ad Pro-
montorii latus sinistrum. A tergo se-
cundi, & tertii collis duo colliculi emi-
nent in Propontidem, inter quos decur-
rit vallis ex tribus proclivis imbrici simi-
lis, non supino quidem (ut esse solet in
tectis,) sed valde prono, à qua media
uterque colliculus intumescit; orientalis
quidem in passus amplius ducentos, oc-
ciduus vero in tantundem. Vallicula in-
ter hos colliculos depresso exiguè conca-
va, sub se habet portum manu factum
intra murum clausum, positum in mari-
tima planicie, quæ excurrit usque ad
frontem Hippodromi, patens trecentos
passus in latitudinem. A sinu Cornu
nuncupato ad Propontidem latitudo se-
cans collem laxatur in duo circiter mil-
lia passuum.

C A P. X.

De Secunda Valle, dividente Secundum Collem à Tertio.

Vallis, quæ secundum Collem divi-
dit à tertio, nascitur à dorso Pro-
montorii, desinitque in marijanam
planicem, excipientem Piscatorium
fo-

forum , & Trajectum Sycenum : à quo ad vallis primas fauces planities in passuum latitudinem panditur quadringentorum , ita æquatam , ut aquæ delabbi possint in sinum à primis faucibus : ubi laxatur in passuum latitudinem ducentorum , sensim incipit astringi usque ad medium vallum ; ubi premitur in quinquaginta passus : deinde coarctatur , ut dunctazat admittat viam : vallis est similis imbrici molliter resupino , & ita inclinato , ut solet inclinari in ædium tectis . Ejus longitudo sexcentos passus excedit , quorum trecenti fermè plano pede subeuntur , reliqui proniores : sed tamen paulatim assurgentibus in jugum , quo secundi collis dorsum jungitur dorso tertii collis . Perimam vallis planitiem via lata contra oppidum Galatum posita , utrinque cincta tabernis mercatoriis , tecta scandulis , sed interlucentibus , exiguae fenestellas admittentibus . Galatini mercatores ascendunt ad Forum , quod Turci vocant Bezen : id partim sicutum est in jugo vallis , partim in clivo territ collis , quod anno Natalis Christi millesimo quingeniesimo quadragesimo sexto totum fortuito incendio deflagravit ; exceptis duabus Basilikis concameratis lateritio operae , quæ nocte claudi solent ferreis portis ,
8c

& fenestrar. Post incendium mihi licuit intueti aream Fori viis distinctam rectis & transversis : adventi sic esse planam, ut tamē exigūè devexa sit ab occasu ad ortum, à meridie in Septentriones. Vidi Fori circuitum combusti amplius quinque stadia complecti, in quo summo ad occasum pertinente Nymphaeum inspexi quadraginta quinque columnis marmoreis ornatum, sustinentibus lateritiam camaram. Basilicam veteram, quam antea non poteram perspicere ob tabernarum, officinarumque frequentiam, circumspexi spoliatam circumviciis tabernis ; arque animadvertei circa Basilicam esse appendices velut alas Basiliæ adnexas, divisas in sexaginta fornices, tegulis plumbeis tegulis, quibus pro tabernis & officinis stuntur, in quibus intimis sunt conclavia, que clauduntur porta ferrea. His appendicibus Basilica circumsepta constat octo pilis, quatuor portis, quindecim hemisphaerii concameratis lateritio opere tegulis plumbo. Nova Basilica duodecim pilis sustinetur, lapide quadrato constructis : ad pilas singulas adnixumur quatuor arcus, sustinentes hemisphaeria viginti, tegula plumbo. Hanc ambient appendices alariæ sexagiota fornicate & concameratae, tabernas mercatorum.

CON-

concententes. Intra Basilicam ducentæ
& viginti tabernæ includuntur in hunc
modum affabrefactæ: circum parietes,
& pilas fornicium discutunt suggestus
lati, ubi sedentes mercatores exponunt
merces, quas producunt ex loculatis ar-
mariis ligneis, quæ à tergo mercatorum
sedentium disposita sunt juxta parietes
per se extantia, neque muris affixa, sed
exemptilia, valvulis clausa.

C A P . X L.

De tertio colle.

Tertium collem duæ valles efficiunt.
Vna ad Solis orum pertinens, il-
lum dividit à Secundo colle; altera,
quæ ad occasum attinet, sejungit à
quarto. Dorsum illius porrigitur in
longitudinem mille amplius passuum;
Procedit à Promontorii jugo, ex Me-
ridie ad Sinum in Septentriones æqua-
li ferè altitudine, contrà quam secun-
di collis dorsum, quod à summo Pro-
montorii jugo ad imam maritimam
planiciem demittitur in Septentriones.
Illi dorsum extra jugum Promontorii
planum, muleum procedit; ejusdemque
radices trecentis passibus in Septen-
triones amplius eminent, quam secun-
di collis insymescunt in dorsum Pro-
mon-

hunc à maritima planicie, hoc longius producuntur à residente in seipso transversa declivitate, emissā à collis latere ad Solis ortum pertinente. Planities maritima, à collis radicibus, & Sinu intermissa, qua parte attingit tumulum, quem jam dixi demissum à mucrone collis, ducentos passus non excedit; qua verò alias collis radices contingit, sensim laxatur in vallium fauces. Claustrum Gynæconitidum regiarum, situm in collis dorso, cum primùm venissim Byzantium, paulò minus sex millia passuum circuitu complectebatur: at nunc id coarctant Regis Soleimani Xenodochia, & Mausoleum septi muliebris plus quam mediā partem occupantia. Iam verò latus Promontorii sinistrum, à tergo tertii collis situm, respiciens Meridiem & Propontidem, duobus tumulis turgescit: ab horum altero, qui Solis ortui propior est, latus Promontorii sensim flectitur in occasum, usque ad secundum tumulum, paulò supra Promontorii radices editum; à quo tumulo sexicollis Promontorii latus statim admittit posticam depressionem vallis terrae, incipitque vergere ad septentrio-nes. Duplicem igitur clivum habet si-mistra pars collis tertii: unum ad meridiā-

dianum cardinem, editum in altitudinem sexcentorum passuum; alterum ad occidentem brumalem, altum septingentos passus, tum ad æquinoctialem longè breviorem. Planities interposita inter posticas terui collis partes, meridianas, & littus Proponticum, nusquam angustior trecentis passibus, neque longior septingentis: occiduas verò radices claudit planities vallis; quæ collem septimum separat à Promontorio sexicolli; pertinens à planicie Propontici littoris ad murum urbis circuitu maris vacantem fere librata, ubique patens quingentos passus, in latitudinem. Tres jam commemorati colles propriè Bosporium promontorium appellari possunt; sic prominentes in mare, ut sive ex Ponto, seu ex Propontide naviges Byzantium, eos procul videoas projectos in fauces Bospori. Vallis tertia reliquos treis colles à mare in continentem recedentes, à primis tribus collibus separate videtur: nos tamen, quia dorso & clivis conjuncti, & juxta Sinum ex ordine dispositi, sex colles in Promontorio Bosporio posuitus. Planities explicata in tertii collis dorso leniter demiuuitar in planitem, quæ eminet in teniam vallem, ampla ad longitudinem sexcentorum

hunc à maritima planicie, hoc longius producuntur à residente in seipso transversa declivitate, emissæ à collis latere ad Solis ortum pertinente. Planities maritima, à collis radicibus, & Sinu intermissa, qua parte attingit tumulum, quem jam dixi demissum à mucrone collis, ducentos passus non excedit; qua verò alias collis radices contingit, sensim laxatur in vallium fauces. Claustrum Gynzconitidum regiarum, situm in collis dorso, cum primum venisse Byzantium, paulò minus sex millia passuum circuitu complectebatur: at nunc id coarctant Regis Soleimani Xenodochia, & Mausoleum septi muliebris plus quam mediæ partem occupantia. Iam verò latus Promontorii sinistrum, à tergo tertii collis situm, respiciens Meridiem & Propontidem, duobus tumulis turgescit: ab horum altero, qui Solis ortui propior est, latus Promontorii sensim flebitur in occasum, usque ad secundum tumulum, paulò supra Promontorii radices editum; à quo tumulo sexicollis Promontorii latus statim admittit posticam depressionem vallis terræ, incipitque vergere ad septentriones. Duplicem igitur clivum habet sinistra pars collis tertii: unum ad meridianum

dianum cardinem, editum in altitudinem sexcentorum passuum; alterum ad occidentem brumalem, altum septingentos passus, tum ad æquinoctialem longè brevioram. Planities interposita inter posticas tertii collis partes, meridianas, & littus Proponticum, nequam angustior trecentis passibus, neque longior septingentis: occiduas vero radices claudit planities vallis; quæ collem septimum separat à Promontorio sexicolli; pertinens à planicie Propontici littoris ad murum urbis circuitu maris vacantem fere librata, ubique patens quingentos passus, in latitudinem. Tres jam commemorati colles propriè Bosporum promontorium appellari possunt; sic prominentes in parte, ut sive ex Ponto, seu ex Propontide naves Byzantium, eos procul videoas projectos in fauces Bospori. Vallis tertia reliquos tres colles à mare in continentem recedentes, à primis tribus collibus separare videoatur: nos tamen, quia dorso & clivis conjuncti, & juxta Sinum ex ordine dispositi, sex colles in Promontorio Bosporio posuimus. Planities explicata in tertii collis dorso leniter demittitur in planitatem, quæ eminet in terram vallem, ampla ad longitudinem sexcentorum

C A P. XII.

De valle tertia.

VAllis *tertia* inter *tertium* & *quartum* collem interjecta gemina esse videtur : nam hæc media in altum editur , ut dubium videatur num sit vallis pars , an promontorii . Iugum esse vallis particula- lam , ostendit altitudo fornicum procur- tens ex uno vallis laterè ad alterum latus . Ut vero dorsum Promontorii videatur , præ se ferunt extremæ vallis partes , val- dè à media valle demissæ in contraria la- tera ; una ad dextram , altera ad sini- stram . Dextra habet imam planitiem , latam in faucibus trecentos passus , dein de sensim astriclam in ducentos ad libel- lam fermè æquatam in longitudinem quingentorum passuum , quæ etsi in æqua- lem altitudinem deprimitur , tamen ejus latera non æqualiter in altum effe- runtur : ubi enim ipsa maximè concava est , ejus alterum latus in magnam alti- tudinem attollitur , alterum ter tanto summittitur . Ex hac depressa planiti- ascenditur brevi clivo in jugum media vallis , seu dorsum Promontorii , quo- planum leniter depresso inter tertium

&

& quartum colles, patet quoquoversus sexcentos passus. Excipio particulam, per quam vallis media penetrare videtur, ubi latior non est quadringentis passibus. Per hoc vallis seu Promontorii jugum fornices aquæductus à quarto colle recta via pergunt ad tertium collum, quorum fastigium æquat libella fornicum; qua deprehenditur quantopere deprimitur Promontorii dorsum: ut enim fornices sint æquali fastigio, tamen inæquali altitudine existunt: nam bene excelsi sunt in plano jugo vallis; at in clivis collum longè minus alti: spatio enim octingentorum passuum fere in æqualem altitudinem eriguntur: reliqui fornices, quò altius clivi extolluntur utriusque collis, eò breviores sunt. Ex jugo, sive id velis esse vallis, sive Promontorii sinistra vallis pars leviter concava molliter propendet in septingentos passus, usque ad planitiam, quæ sexicolle Promontorium à septimo colle seernit, pergens ad Propontidem. Vix latitudo à sinu ad Propontidem, secans tertiam vallem, patet amplius decem stadia.

De quarto colle.

Quartus collis, in cuius dorso Maometi Regis, qui Constantinopolim cepit, Mausoleum spectatur, una cum ampla Aede Mameranæ religionis, & simulcum Xenodochiis, & Thermis, circumdatur duabus vallibus, Promontorii dorso, & maritima sinu planicie. Ejus ambitus circumpleteatur amplius ac mille & sexcentos passus: longitudo à summo dorso ad Sinum Aquilonemque porrigitur ultra mille passus, latitudo ab ortu Solis ad occasum explicatur in passus circiter octingentes: à iugulo ad Sinum collis procedens prope quadratus desinere perspicitur, in duo cornua, sed impatia, quorum alterum vergens ad sepeentiones perpesuo dorso fertur, utrinque declivi; alterum spectans ad Solis ortum, ita demittitur, ut ex hoc in alterum quasi gradus quidam jactus esse videatur: nimirum ex hujus superiori parte planicies excutrit, ex qua veluti gradu patet ascensus in alterum. Ab inferiori parte, in occasum dejicitur, ut valliculam efficiat. Collis ab Oriente clauditur valle, qua ipse separatur à tertio colle, ab aquiloni maritima planicie, Sinum con-

tin-

tingente , ab Occidente partim valle ,
qua is sejungitur à quinto colle , partim
circuitur Promontorii dorso perpetuo ,
quod adeò paulatim & placidè ex quarti
collis jugo assurgit ad jugum quinti ,
ut acribus oculis , potius quam tardis
passibus utriusque collis dorsum inaz-
quale esse percipiatur. Ita enim conti-
nenti jugo hi duo colles inter se con-
juncti sunt , ut nullus sentiatur clivus :
sed perpetua planities , quæ fastigians
quarti colli dorsum octingentis passi-
bus longior non est , neque latior du-
centis , deinde in quinto in Septingen-
tos dilatatur. Quarçus collis eti nalli
ex sex collibus perpetuo dorso conjun-
ctis cedit de altitudine , tamen ascensus
tam rectos , quam transversos mollio-
res habet , ob longum tractum leniter
devenit , triplici declivitate depre-
sum. Prima declivitas per collis longi-
tudinem à regione coeli inter Meri-
diem & occasum media , ad Septentrio-
nes decurrit amplius mille passus : quo-
rum ducenti surgentes à maritima pla-
nitie mediocriter proni ; reliqui adeò
mollier supini , ut semiplano pede sub-
eantur : è quibus cœnum ultimi attin-
gentes jugi planitem , decliviores cæ-
teris pronubens . Declivitas transversa
collis latitudinem intercipiens duplex

est : una dejicit ad Solis occasum : altera ad ortum depresso varia quidem existit , sed tamen tota nascitur à valle , quæ quartum collem dividit à tertio . Ab hujus quidem vallis jugo clivus ducentis passibus ascendit . Paulò infra summam vallem ascensus est quingen- torum passuum , quorum centum ab imis radicibus exgentes clivo prono eriguntur , reliquorum leniter devexo- rum altitudinem ostendit libella aqua- ductus . Ab ima ejusdem vallis planicie clivi allevantur in altitudinem qua- dringentorum passuum , sed ita ut pri- mūm centum octoginta prono clivo ascendas , deinde ducentos ambules le- niter devexos , & ferè planos . Post transeras lateris medianam partem emi- nentiorum , centum passus latam , ab imo colle ad summum in octingentos passus erectam . Ex hac descendis du- centos passus in occasum ad imam val- lem , quæ quarti collis , & quinti divorti- tum facit : tota angusta est , sed longa plus minusve mille & quadringentos passus ; primi ducenti attingentes oram sinus plani quidem , sed dubii sunt ne vallis an planæ oræ maritimæ . Sic enim hæc vallis cingitur duobus collibus , quarto quidem habente sub se plani- tiem maritimam , ducentos passus pa- ten-

tentem in latitudinem , quinto verò fermè attingente littus . Consequentes odierū similiter plani , sed leniter devexi : reliqui quadringenti attingentes jugum Promontorii proclives . Manitima planities ad libetam ferè aquata inter Sinum & quartum collem intercedens , variam latitudinem habet : nam quæ pertingit collis cornu , spectans ad ortum solstitialem , est quadringentorum passuum . Illa verò , quæ attingit cornu , vergens ad septentriones , in passus ducentos panditur . In summa , sius quarti collis talis est , ut in Sinu navigantibus hic esse videatur pars exterior tertiae vallis . Nam hujus collis jugum longè recedit in Meridiem , ejusdemque clivi in longam summisionem abjecti , valde supini jacent : at jugum quinti collis aequali excelsitate longè ultra quartum procedit ad septentriones . A tergo tertii collis vergentes clivi ad horam primum postmeridianam placidi , lenesque usque ad plitudinem vallis , quæ sexicolle Promontorium dividit à septimo colle . Itaque postica collis pars intumescit in Meridiem , acque ex utroque latere separatur à valle tertia , ut latus à tergo postum eius partem meridiam dicere possumus ; quæ post tumulum eminet .

E s t e m

tem in latus vallis tertiaz aliquantum contrahitur sub Xenodochio Regis Mameti: at enim à tergo quinti collis sub Columna Virginica magis subducitur.

C A P. XIV.

De quinto colle.

QVINTI collis, in cuius fastigio extat Selimi Regis Mausoleum, imæ radices contingentes partim Sidum, partim duas valles ipsum claudentes, altera ab ore Solis, altera ab occasu passum millia complectentes circiter quatuor. Ejus dorsum ita in Sidum ad septentriones prominet, & quarti collis latus ad Aquilonem summittitur, ut collis quartus videatur esse vallis quedam inter tertium collem & quiniam interiecta. Non enim ut aliorum collibus quinti collis jugum usget, & premit summum Promontorii dorsum, sed totum extra Promontorii fastigium æquali altitudine longè procedit, ac non minus ferme in Septentriones promovetur, quam radices quarti collis. Triplici latere deprimitur: uno ad Septentriones; quod quād valde præceps, & directum sit, colligitur ex eo, quod etsi tam akè efficeret ferme, quād summum quarti col-

lin.

Iis jugum, descensum habentis longum plus mille passus; tamen illies summus clivus minimè omnium collum rece-dens à perpendiculari ejusdem infimi cli-vi, non amplius trecentis passibus ascen-ditur per valliculam, quam efficiunt duo tumuli attingentes Sinus oram, quam ut trecentis passibus subiectis, offendis gra-dus lapideos astrictos ad substructio-nes aream æquantes, quibus ascendis ad Xenodochium Selimi. Hoc quidem latus, quod septentriones intuetur, qua-tuor tumulis turget, tres valliculas de-primentibus à collis Hugo exorientibus, adeò exiguam littoris planitatem intet-mittentibus, ut eorum duo murum ur-bis siwum in littore concingant; reliqui duo planitatem centenum passuum re-linquent. Nusquam enim littorea pla-nities angustior est, quam ad radices hujus collis: nam in longitudinem mil-le passuum ejus latitudo centum pas-sus non excedit; alieubi non attingit quinquaginta. Ex his quatuor tumulis duo sunt prærupti, &c præcipites, ut ædificia casutis similia substractioni-bus nitantur; ut jam videre liceat ru-pes præcisas fissile ad molliendos via-rum anfractus: reliqui duo minus ab-rupti minusque præcipites dejiciuntur; ceterumque valliculae minima etiam pro-cli-

clives. Collis vero latus, conspiciens Solis ortum, patet in mille & quadrin- gentorum passuum longitudinem, in al- titudinem directam ducentorum. Late- ris ad occasum vergentis acclivitas in va- riā altitudinem abiicitur, ut vallis de- primitur; quæ ubi in planiciem librataam depressoſſima eſt, erigit latus in paſſuum altitudinem aliam quingentorum pro- clivium, aliam trecentorum placide ac- clivium, ut non differant à ſemipla- nis. Latus Promontorii contuens Me- ridiem, à tergo quinti collis poſitum, deſinit in planiciem vallis ſexicolle Pro- montorium diuidentis à ſeptimo colle: propendet aliás contractius, aliás remiſ- ſius extumescens, in tumulum crassum eminentem in vallem quintam, arque in vallem, quæ ſexicolle Promontorium ſejungit à ſeptimo colle. Hæc poſtica pars quinti collis etiam incurvatur in valliculam exorientem à Promontorii ſuperclivo, ubi paulò ante extabat Co- luſus Virginea, à qua Promontorii fa- ſtigium leniter eminens in ſummam quinti collis planicieſſe molliter deve- xam ad ſeptentriones nusquam angu- ſtiorē ſexcentis, alicubi ſeptingentis latiorem paſſibus. Sed extra hujus collis- dorsum longè lateque laxatur, ac condi- tuatur, cum glaniis quasi collis, & eis liqua-

liqua Promontorii planicie usque ad murum urbis vacantem circuitu maris procedens , interjecta duntaxat brevi submissione jugi in quintam vallem eminentis , producitur duo millia passuum in longitudinem.

C A P . X V .

De quinta valle.

VAllis quinta , quæ quintum collem dividit à sexto , proficiscitur à Sinu & Septentrionibus , ad primam , aut alteram horam postmeridianam , longa quantum Promontorium latum est , nempe circiter mille & ducentos passus : quorum primi octingenti procedentes à littore Sinus , nihil expressio- nis , nihil eminentiæ habent . Primæ vallis fauces in passuum latitudinem laxantur quadringentorum , deinde sensim in ducentos astringuntur . Sed ita , ut per longitudinem sexcentorum passuum nus- quam ducentis passibus minus lata sit : post in quingentorum passuum altitu- dinem erigitur . Inde insequitur jugum vallis , seu dorsum Promontorii patens in planam latitudinem ducentos passus . Ex hoc dorso latus sinistrum Promon- torii , seu vallis quingentos passus leni- ter deprimitur in vallem , quæ sexicolle Pro-

Promontorium scernit à septimo colle. Vallis enim quinta penetrare videtur dorsum Promontorii: id quod percipiatur ex inclinatione dextra & sinistra amborum laterum utriusque collis circumcurrentis. Nam ex vallis jugo ascensus exiguis patet in jugum utriusque collis.

CAP. XVI.

De sexto colle.

Sextus collis, cuius per & dorsum, & latus vergens ad Aquilonem, muri urbis usque ad licet discurrent, tam longus est, quam Promontorium latum, quod in hoc colle dilatatur in passus circiter bis mille & quadringentos: cuius jugum intra urbem in clivos expicitur. Extra plano pede continuatur cum continente suburbano campo. Latitudo ejus, ubi maxima, octingentos passus non superat; ubi minima, quadringentos. Triplici declivitate deprimitur: una ad sinistram Promontorii partem, inter Meridiem atque Occidentem molliter prona; ad dexteram altera, versus Sinum & Aquilonem, in longitudinem mille & quingentorum passuum summittitur, quoad ex se duos expicit tumulos vallicula intermedia disun-

disiunctos, ubi existit aquæductus in radice tumuli proprius accedens ad urbis murum circuitu maris vacantem. Inter hunc tumulum & Sinum olim fuit ædes illa sacra, nobilitata mukorum scriptis, Blachetrea nuncupata, cujus fundamenta etiam tuac extabant cum primùm venissem Byzantium. Ex imo clivo tumuli eminenti supra ædem Blachetream subterraneis cuniculis concameratis prodit aqua extrinsecus in urbem ducta, quæ jugi fluxu salit in labrum marmoreum. Collis latus Orienti expositum tam longum est, quam collis ipse longus, sed declivis eadem non est: eam enim variet vallis varia dejectio; ubi depressa in libratam planitiem effetur in sexcentos passus, ubi minus demissa in quingentos, ubi minime dejecta in quadringentos attollitur: neque modò hoc larus inclinatur ad Solis ortum, sed etiam interea dum dejicitur ad Orientem, sensim demittit ac à parte dextra ad Septentriones, sinistra ad cæli regionem medianam inter Meridiem & Occasum. Maritima planities interveniens inter imas radices collis & Sinum, striatissima explicatur in passuum latitudinem plus minus octoginta, necapse ubi fuit templum illud nobile, & vicinum Blacherneum, Deinde

80 DE TOPOGRAPHIA
inde dilatatur in vallem quintam sen-
sim insinuata.

C A P. X V I I .

*De Valle, qua dividit sexicolle promonto-
rium à septimo colle.*

Vallis, qua septimus collis dividitur
ab aliis sex collibus, leniter cava exi-
stet: producitur in millia passuum circi-
ter quatuor, si planitatem maritimam si-
mul adnumerem; sin vero ipsam exclu-
das, & numerare incipias à flexu septi-
mi collis, extenditur in longitudinem
trium milium & trecentorum passuum.
Eius planities alicubi laxatur in latitudi-
nem sexcentorum, alibi astringitur in
amplitudinem quingentorum passuum.
Nihil illa quidem ima expressum, nihil
eminens habere sentitur pedibus, sed
oculis acribus paulatim & sensim tam
in longitudinem, quam latitudinem
pandi deprehenditur: sic enim leniter
assurgit, ut nisi ab eo, qui diligenter ad-
vertit, vallis imbrici valde supino simi-
lis assurrectio non percipiatur: in eam
descinant latera tertiae & quintae vallis,
rum imi clivi quinti & sexti colli. In
ea continentur horri & prata, ubi mi-
lites ludicas pugnas exercere solent. Per
hanc medium fluit rivulus, qui aestivo
tempore exarscere solet.

C A P.

CAP. XVIII.

De septimo colle.

Collis septimus, nuncupatus Xerophos, in cuius dorso est columna Arcadii, plus minusve duodecim millia passuum circuitu complectitur, ac plus quam tertiam partem urbis continet: reliquas duas partes sustinet Promontorium sexicolle, quod ambitu circumpletatur amplius viginti millia passuum: intellige eos, quos confidere soleo in ambulando, ut intelligere oportet in omnibus antea scriptis passibus, quos in passus Romanos redigere ausus non sum, ob flexiones viarum, & varietatem passuum, qui inter se differunt in ascensu & descensu infatigato, atque integro: adde interpellatos insolentis nationis occursu, proterviori taurorum incursu Septimus collis efficiens tertium urbis angulum, quo Constantinopolis existimatur triangula, dupli declivitate pendet utraque mollissima, una ad vallem septimum collem dividentem à Promontorio sexicolli pertinet, tam longa, quam vallis ipsa: Cujus clivus lenis, sed altus circiter quingentos passus, altera declivitas dejicitur ad Propontidem, respiciens partim ortum brumalem, partim Meridi-

F dient

diem molli clivo, & vario primo alto
quingentos passus, deinde stricto, nunc
in quadringentos, nunc trecentos, nunc
centum, nunc quinquaginta, que ad
peruenit ad angulum Vrbis tertium, ubi
planities excurrit usque ad mare, inter
quod & antedictos clivos perpetua pro-
currit littoralis planities, sed variæ lati-
tudinis: quæ incipiens ab angulo Vrbis
strictissima est, deinde dilatatur in lateris
curvitatem, velut vallem planam, ubi à
mari ad clivum excurrit, lata quadri-
gentos passus, rursus stringitur in quo-
quaginta, postea dilatatur in centum: po-
strema per longitudinem mille passuum
latiore est quadringentis passibus: collis
dorsum in longam & latam planitem
portigitur, & ab occasu clauditur mu-
ro terrestri, in cuius jugo patet cisterna
nuncupata *Mocisa*, spoliata columnis
& camenis, cujus muti è lapide qua-
drato ædificati adhuc extant, cisternam
ambientes, quorum circuitus comple-
titur noningentos & septuaginta pas-
sus: ejus solum cultum est hortis in eo
consatis. Hucusque de Topographia
Constantinopoleos, quasi tanquam by-
potyposi illam sub oculos subjicere co-
natus sum, ut in quo loco sint quatuor-
decim regiones urbis, facilius percipia-
tur, longior quam necesse est, cen-
scui

feri non debet, præsentim cùm nullius Vrbis descriptio brevior esse posse, quām ea, quæ informatur oculorum sensu, quo nihil acerius, nihil volucrius: nam et si Constantinopolis in altum sublata veluti specula undique circumspicitur: tamen hanc singulatum Vrbis partium descriptionem multò celerius perlegaris., quām volucribus oculis totam urbem perlustraveris, aut pedibus eam concursaveris.

C A P. XIX.

De muris urbis.

M Oceanorum Constantinopolitanorum partes, aliæ lapidibus quadritatis, aliæ cæmentitiis, nonnullæ interpositorum laterum ordinibus construetæ sunt. Muri circuitu maris vacantes duplices sunt, fossâ cincti larga virginiquaque passus, cùm ex utroque latere parietibus munita, tum interiori ex latere: alter paries effertur aliquanto supra fossam, pinnis crebris distinctus. Spatium intercurrentis inter duplicem murum, latum est duodeviginti pedes. Interior murus excelsus quidem, & latius plus viginti pedes, in quo ex continentí sunt plus ducentæ quinquaginta turres, in quas gradibus lapideis

F. 2. ascen-

ascenditur usque ad summum. Exterior murus dimidio minor, sed totidem turribus crebet. Quod autem ad munitionem attinet, spatium inter fossam & murum exteriorem altius est altero fossæ latere. Item spatium inter duplices muros altius est jam dicto spatio. Regio verò exterior muris vicina, nuda à tectis, partim plana, partim collina: sed ita plana, ut campi longè pateant: ex summisque muris longè quoquoversum panditur prospectus: neque dubium est, quin munidissima Constantinopolis fieri queat. Muri maritimi humiliores sunt terrestribus; simplices quidem, sed benè crassi, & turriti: ex parte Sinus absunt a littore plus minus quinquaginta passus ambulatorios, ut antè scripsi in tractatu Bospori. Ex parte Faicum Bospoticarum & Propontidis, muri quidem non absunt à littore, sed siti sunt supra littoris crepidines, nisi ubi scalæ portuose sunt, ubi admittunt spatium inter scalas & murum. Zonaras tradit Theophilum Regem maritos muros Vrbis, vetustate, & fluctibus maris, aliis que casibus labefactatos renovasse, & altiores crexisse, quam prius fuissent. Quos hodie extantes maritos ab hoc Theophilo renovatos suisse, indicat

cat in multis murorum partibus no-
men Theophili Regis incisum , atque
inscriptum magnis literis. Nicephorus
Rex gravis Byzantiis , quod onus im-
posuit ex muriis consenserentibus , ut
exigeretur tributum appellatum Dice-
raton. Novos muros & antiquos tem-
pore Iustiniani fuisse colligere poslu-
mus ex ejus novis constitutionibus , cum
majorem mercedem statuit feretri baju-
lis , & funeri operam dantibus , qui
efferunt funus extra novos urbis mu-
ros , aut trajectum Iustinianarum , sive
alios trajectus : ex quo colligere possu-
mus Iustiniani temporibus adhuc exti-
tisse muros antiquos , quos Constanti-
nus Magnus posuerat , & novos , quos
Theodosius Minor construxerat , quales
muri fuerint , cum antiqui Byzantii res-
publica floret , in principio demon-
stravi , & ex Herodiano intelligere pos-
sumus , qui tradit Byzantium prævali-
do & maximo muto circumdatum fuis-
se , facto ex ingentibus saxis , in qua-
drum redactis tanta commissa , ut
nemo existimat opus compositum ,
sed unius lapidis totum esse. Atque ex
Pausania colligere licet , qui libro quar-
to inquit , muros Babylonios , aut Mem-
nonios non vidi , neque quenquam au-
divi , qui ipsos vidisset . Muri Byzan-
tii ,

ti, & Rhodi existimantur munitissimi, at his munitiores, qui Messenam Peloponnesiacam claudunt. In Thracico Byzantio historiaz proditum est divitias servasse Athenienses, ex eo quod urbs munitissima esset. Qui autem sunt muti, quos Constantinopolis duplices tradidit antiqua descriptio regionum, hinc, qui hodie extant, an vero qui a Theodosio fuerunt conditi, relinquo considerandum: hoc duntaxat dicam, mihi interim non viderit totos esse, quos describit antiqua descriptio: nam templum Apostolorum ponit in regione urbis vicina mutis urbis; atque extra muros ponit decimamquartam regionem, quae hodie intra muros, aut tota est, aut maxima pars. Adde, quod Theodosius minor, qui ante Iustinianum fuit, ne Blachernas quidem intra muros ponit, quas extra urbem tempore Iustiniani fuisse ex Procopio assequor: nunc vero intra urbem sunt: neque septem turres, neque turribus longè incertius situm templum, quod Stadius (aut Studius) ille illustris construxit.

C A P. XX.

De Constantiopolis portis, & septem turribus antiquis Byzantij.

Maris circuitu vacantes muri sex portas habent, unam infra Palarium Constantini nuncupatum, alteram Adrianopolitanam, tertiam supra superciliū septimi collis: præter eas habet portam Auream, & Selymbriæ, sive Rhegii, & portam septem Turrium. Ex parte Sinus prima est porta Blacherneæ, quam hodie appellant Xiloportana, sitam prope tertium urbis angulum, deinde subsequitur Cynigos, sive Palatina, inde Phanaria, Agia, porta Iubalica, Farinaria, Liguria, Seminaria, Pisaria, Neorii porta, inde Demetrii porta in mactone primi collis sita. Ex parte Propontidis sunt circiter quinque, singulæ habentes scalam projectam in mare, qua portus pateat navigiis; præter portas Septi Regii. Prima est Stercoraria, secunda Leonina, tertia Condefcala; duæ sunt sub septimo colle. Apud scriptores celebrantur hæc portæ Cynigos, tum Regii, & Eugenii portæ, & Xyloceti, & Porta Aurea, Myriandros, Condefcala, Cariana. In antiquo Byzantio fuit Porta Thracia. Apud Dionem scri-

ptum est, ut septem turres à portis Thracicis nuncupatis pertinerent ad mare : Georgius Cedrinus declarat ad mare pertinuisse septentrionale, hoc est, ad sinum Cornu appellatum : Harum si quis in primam vocem immisisset, aut lapidem projecisset, ipsa similem vocem resonabat quadam machinatione, & secundæ dabat repetendam : itaque per omnes vox procedebat, neque alia aliam turbabat, sed singulæ vocem explicatam excipiebant. Plinius hoc ipsum attribuit Cyzico : Eadem, inquit, in urbe, juxta portam, quæ Thracia vocatur, turres septem acceptas voces numerosiore percussu multiplicantur; non menque huic miraculo Echo est à Græcis datum. Apud neminem, præter Plinius, legi Cyzici portas Thracias, quamquam fuisse Cyzici existimo ex ponu Cyzici nuncupato Thracio, cuius inenarrabit Apollonius libro primo Argonauticorum, cùm ait :

Δυσάρδυος ἵερης ἐκπένσματες πί-
της.

Η'ρακλεὺς λιμένας Θράκης:

Fuisse etiam prope Cyzicum vicum nuncupatum Θράκης, liquet ex Plutarcho in vita Luculli. At Byzantii non modò recentiores, sed etiam Dion & Xeophon,

phon , hic quidem scribit Alcibiadem
Byzantios intromisisse apertis portis,
quæ Thraciæ appellantur.

C A P . X X I .

De Muri Longis.

SVburbana prædia Constantinopoleos
mūris longis cludebantur iter duo-
rum dierum , quos à Ponto Euxino ad
Selymbriam , sitam in littore Propon-
tidis , distantes ab urbe quadraginta mil-
lia passuum , latos viginti pedes Roma-
nos , Anastasius Imperator condidit con-
tra impetum Bulgarorum & Scytharum.
Eos muros à Barbaris sèpe captos , &
multis locis eversos Iustinianus restituit,
& ut facilius milites præsidatii muros
tueri possent , exitus turrium patentes
in alias turres obstruxit , singulisque
ascensum à solo reliquit patentem uni-
cum , quem solum singularum turrium
milites contra hostes etiam intra muros
versantes tueri possent. Evagrius Sacrae
Historiaz conscriptor Murum Longum
nuncupatum tradit excitasse Anastasium,
qui distaret à Constantinopoli du-
centa & octoginta stadia utrumque ma-
re attingens , longus quadringenta & vi-
ginti stadia , velut fretum quoddam effi-
ciens , & Constantinopolim parvam In-
salam pro peninsula reddens , volentes

F 5 transi-

transire ex Ponto in Propontidem tutos
præstans, & prohibens excurrentes Bar-
baros ex Euxino Ponto, & Colchis, &
Mæotide, & Caucaſo effusos in Euro-
pam.

LIBER SECUNDVS.

CAPVT I.

*De ædificiis & monumentis antiquis By-
zantii, & Nova Roma Constan-
tinopolitana.*

Forma Vrbis expressa, & ma-
gnitudine explicata, naturali-
que ſitu ſep̄tem collium pate-
facto, relinquitur, undeclarema
quæ ædificia, quæve alia monumenta
olim habuerit, & nunc habeat Con-
stantinopolis, & in quot regiones, cùm
appellaretur Nova Roma, divideretur:
in totidem enim quot antiqua Roma
dividebatur. Evidēt cùm in hujus di-
visionem regionum ante mille annos à
nobili magis, quam noto Authore scri-
ptam incidisse: ſperabam me facile af-
feturum antiquam urbem, ſed barbari
homines antiqua illa, & planè heroïca
Vrbis ornamenta, quibus viles casas
exornarent, ſic labefactānunt, & barba-
rici oppreſſere ædificiis, ut veterum fun-
damen-

damentorum paucis in locis restent vestigia : adde incendia , & ruinas , quas cum alii barbari , tum postremam Turci ediderunt , qui jam centum annos non cessant funditus antiquæ Vrbis vestigia delere . Ita enim ab imis fundamentis ædificia præsca demoliuntur , atque in aliam formam immutant , ut ne illi quidem , qui ea videntur , agnoscere queant . Adde Græcorum in eternam inscitiam , qui videntur totum oblivionis flumen ebibisse . Illorum enim nemo jam repertitur , qui ab initio essent vestigia antiquorum monumentorum sciat , aut scire curret , ut ne sacerdotes quidem ulli recognoscant loca , ubi paucis ante annis ædes sacræ delectæ sunt , & valde mirentur si quis talia inquirat . Ipse tamen , ne otio conficeret , dum à Rege constitutos numeros in veterum Codicum conquisitionem expectabam , quibus potius indiciis , deprehendere conatus sum per multa antiquitatis monumenta , quod ille cognoscet , qui similia invenire nitetur . In describendis monumentis eo ordine partim utar collium , quo usus sum in eorum situ explicando , partim regionum , quibus quatuordecim olim dividebatur .

92 DE TOPOGRAPHIA
C A P. II.

De monumentis primi collis, & de prima regione urbis.

Primum collem, quem Plinius appellat modò Chrysoceras, modò Auticornu, (sed haud rectè, ut declaravi in libris, quos scripsi de Bosporo Thracio) Dionysius Byzantius nominat Promontorium Bosporium: De Promontorio, inquit, quod Bosporium nominamus, duplex vulgatur sermo: alii dicunt Bovem cestro stimulatam, ad ipsum illatam transisse meatum medium: alii fabulosius commemorant, Io Inachi filiam illic in Asiam trajecisse. Idem cum loquitur de Semystra, loco ita nuncupato, ait Semystram locum parum abfuisse, quin Byzantium ibi conderetur à coloniæ deductoribus, nisi corvus rapuisset ex media flamma partem victimæ, eamque in Promontorium Bosporium tulisset, quod signum illi secuti, Byzantium condiderunt in Promontorio Bosporio. Idem alio loco loquens de Promontorio Metopo nuncupato, opposito primo colli Constantinopoleos, excipit Oltreodem locum appellatum Metopum: hoc enim, inquit, jacet contra Vrbis faciem: spectat enim ipsum Promontorium Bosporum. Deinde idem, Dionysius addit

dit paulò supra Promontorium Bosporum fuisse aram Minervæ Ecbatizæ, id est, Egressorizæ appellatae, ex eo, quod illinc egressi coloniæ ductores statim tanquam pro patria terra pugnassent, quam hic appellat Ecbasiam; possemus etiam Ecbatianam appellare, ut Diana in Siphno appellatam fuisse, & cultum tradit Hesychius. Deinde adiungit Dionysius supra Promontorium Bosphorium fuisse templum Neptuni antiquum, atque sub templo Neptuni fuisse stadia, gymnaſia, curricula juvenum in planicie. Post mucronem Promontorii Bosporii ſinum Ceras appellatum immisſe tres portus turribus, & molibus municos, in quo fuit etiam Acropolis Byzantii, cuius Xenophon meminit, cum scribit Byzantium vi ingressis militibus, quorum dux ipſe erat, cives, quaſi capta urbe extrema omnia metuentes alios in Promontorium proximum, alios ad mare confugisse, ac pifcatorio navigio nonnullos circumvectos in arcem ascendisse, atque inde ex Chalcedone auxiliarios accerſiſſe. Neque modo antiquorum Byzantiorum Acropolis fuit in primo colle, sed etiam regum Constantinopolitanorum, quos scriptores tradunt ad hostes ab ingressu portus arcendos catenam ab Acropoli ad castellum Galaticum obtendisse:

atque

94 DE TOPOGRAPHIA
atque etiam hac astate reges Turcomani
in hoc Promontorio arcem habent cir-
cumdatam magnis muris , longos latos.
que Regis hortos claudentibus. In veteri
Byzantio fuit campus Thracius appella-
tus , ad aciem instruendam totius urbis
maxime idoneus , ut qui planus , & do-
mibus vacuus esset , in quo exercitum
Graecorum Xenophon redegit in ordi-
nem militarem. Hunc locum suisse pro-
pe Portam Thraciam , ex Xenophonte
percipitur , cum ait lib. 1. Hellenicorum,
ανοιξαντες τὰς πύλας τὰς ἐπὶ τῷ
Θρακίου καλλιέργειας. Idem lib. 7. de ex-
peditione Cyri , loquens de loco intra
Byzantium sito , ubi milites redegit in
aciem : *Τὸ δὲ χαρέσσεσσιν καλλιέργειαν*
θρακίας εἰς τὸ Θρακίου καλλιέργειαν ,
ερημούσικῶν , καὶ πέδων. Anteā dixi-
mus apud Dionem scriptum esse ut By-
zantii septem turres à Pontis Thraciis
pertinerent ad mare , Georgius Cedrinus
declarat ad mare pertinuisse septentrio-
nale , hoc est , ad Sinum nuncupatum
Corau. Aram Diana Orthosiz , & tem-
plum Bacchi suisse in antiquo Byzantio ,
Herodotus scribit : Darius , inquit , ubi
contemplatus fuit Pontum , ad pontem
redit , & super Bosporum duos Cippos
erexit è candido lapide , in uno quidem
incidens literas Assyrias , in altero Gra-
cas :

cas: Byzantii postea in Vrbem suam
transtulerunt, ad aram Dianæ Orthosiaz
quibus usi sunt, excepto uno lapide, qui
juxta Bacchi delubrum Byzantii relicta
est literis Assyriis plenus. Orthosiam
Laurentius vertit Erectam: rectius verti-
set Erectoriam, vel Erectricem dictam,
~~τεργίτις επορθήτας πληγότες μα-~~
~~δύτερα γάδ' οἳς~~, ab erigendo, & sub-
levando, quod non modo patientibus
opem fert, sed etiam profugis. Id quod
cum ex aliis, cum ex Plutarcho de flumi-
nibus assequor. Teuthras, inquit, Rex
Myorum persequebatur aptum cum suis
stipatoribus hastatis: caper ut supplex
fugit in templum Dianæ Orthosiaz; Vi-
trumpentibus omnibus in templum,
aper humanam vocem exaudibilem vo-
ciferatus est: Parce Rex alumno dea.
Elatus Teuthras interfecit animal: Dia-
na ægide ferens factum, aptum in vitam
restituit; Regem, qui cum occiderat
impetigine, & insaniam affecit. Is non
ferens morbum in montibus versabatur.
Lyippa ejus mater cum factum rescivis-
set, ad sylvam accurrit, comite vate Po-
lyido: à quo omnem veritatem edocita,
sacrificiis boum deam placavit; & cum
filium ad sanam mentem rediisse vidis-
set, aram excitavit Dianæ Orthosiaz; at-
que apnum fabricata est aureum, haben-
tem

tem humanum caput. Hac quidem, antequam Byzantium Severus evertisset, erant in primo colle & valle prima: postquam Constantinus reædificavit, & Novam Romanam Constantinopolitanam vocavit, divisaque est in quatuordecim regiones, primus collis obtinuit primam regionem, continentem Placidæ domum Augustæ, domum nobilissimæ Marinæ, thermas Arcadianas. Antiqua quidem divisio tradit hæc, sed non docet à qua Vrbis parte incipiat prima regio; neque nunc ex vestigiis ædificiorum in ea comprehensis, quæ nulla restant, cognosci potest: sed ex Procopio colligere possumus, tradente, navigantibus ex Propontide ad partem Vrbis vergentem ad Solis ottum, thermas esse publicas, quæ Arcianæ nominarentur, ubi ait Iustinianum aulam construxisse Vrbi prætensam, marique quieto circumfusam, ut in hac inambulantes cum navigantibus colloqui possent ob maris propinquitatem: Aulam aspectum pulcherrimum habuisse, aïnœnissimumque, cui afflarent molles auræ, ornamentoque essent columnæ, & marmora elegantiissima, quibus omne solum aulæ tegetur, quorum splendor candidissimus atque, ut Sol fulgeret. Præterea cani ornaisse permultis statuis æneis, atque marmoreis

moreis polis elaboratis , spectaculum
præbentibus plenum maximæ dignitatis.
Existimasses esse opus Phidiæ Athenien-
sis , aut Lysippi Sicyonii , aut Praxitel-
lis. Ibidem etiam Theodoram Reginam
in columna excelsa & purpurea fuisse po-
litam ab Urbe , ut pro beneficio aulæ
gratiam illi referret. Formosam quidem
columnam , sed formosiorum Reginarum
cujuſ venustatem oratione declarare , aut
imagine exprimere in aullius mortalis
facultate possum fuisse. Ex quibus Pro-
copii verbis , *cum assequor columnam* ,
qua etiam nunc extat in clivo regii septi-
vergente ad ortum astivum , non esse il-
lam , qua Theodora excitabatur , ut qui-
dam putant : nam hæc neque purpurea ,
& ab aula remotior est , *ut ex antedi-.*
cis Procopii intellige , primam regio-
nem Urbis complexam fuisse mucronem
primi collis , quem mare circumfluit ex
tribus partibus . Apud plerosque non
modò Historicos , sed etiam apud Gram-
maticum Suidam , invenio Arcadiæ se-
cundæ uxoris Zenonis statuam fuisse in
thermis Arcadianis prope loca nomina-
ta Bathra à gradibus : item Verinæ uxo-
ris Magni Leonis duas statuas , unam in
Urbis parte maximè boreali ad Divum
Agathonicum post ascensum graduum
thermis Arcadianis vicinorum ; alte-

C A P. III.

De Templo Sophia.

Recentes scriptores Græcorum Tempulum divæ Sophiæ primò conditum ab Imperatore Constantio filio Constantini Magni tradunt , non quidem lateritio opere , sed ligneo conformatum : tempore Magni Theodosii , cùm secunda synodus haberetur , ab Arrianis exustum ad seditionem excitatis , quod Magnus Theodosius postea texit cameris cylindricis. Deinde iidem scriptores addunt iterum conflagrassè tempore Iustiniani. At Sozomenus , certus , & antiquus scriptor , tradit tempore Theodosii minoris , cùm otia esset seditio in Magno Templo , de expellendo Chrysostomo , repente templum undique deflagrassè , igne injecto ab iis , qui Chrysostomi fautores in Templo inclusos comburere unâ cum Templo cupiebant. Procopius tradit etiam deflagrassè cùm Iustinianus impetraret ; qui in eam formam , quam nunc videmus , ipsum reædificavit : sed eo ne loco sit , in quo erat ante Iustinianum , non explicat Procopius . Itaque dubium videtur , ex incerto scriptore , commemorante domina eorum , à quibus

CONSTANT. LIB. II. 101
bus domos emerit Iustinianus ad solum
eius constituendum. Antiqua Urbis de-
scriptio , ante Iustiniani Imperium facta
alio loco ponere videtur : nam Eccle-
siam Magnam , & Ecclesiam Antiquam
ponit in secunda regione ; in quarta Au-
gustum forum ; quod infra monstrabo
fuisse iuxta eadem Sophiaz. Zonaras tra-
dit Iustinianum multo majorem à fun-
damentis innovasse. Sed Iustinianum
suspici possimus domos proximas e-
missas ad augendum Templum : quod
autem in diversis regionibus ponantur
Magnum Templum , & Forum Augu-
steum , id non impedire quin vicina esse
potuerint. Cùm igitur Iustinianus eadem
Sophiaz pristina magnitudine præstan-
tiorem effecisset , & formæ decore , &
metallorum varietate ornasset , parietes
que & cameras cocto latere , & calce
construxisset , atque plerisque in locis
ferro colligasset , nullaque tignæ interpo-
suisset , ne in posterum incendiis pate-
ret . Tamen ut in hunc diem evaserit
incolumis ab igne , saepè experita est va-
rietatem casuum , idque statim à prin-
cipio : cum arcus ad Orientem spectans
nondum esset perfectus , sua magnitudi-
ne onerabat pilas , quæ non sustinentes
arcus magnitudinem , subitas ruinas
egerant , & quād mox casuaræ videban-

C A P. III.

De Templo Sophie.

RECENTES scriptores Græcorum Tempulum diuæ Sophiæ primò conditum ab Imperatore Constantio filio Constantini Magni tradunt , non quidem lateritio opere , sed ligneo conformatum : tempore Magni Theodosii , cùm secunda synodus haberetur , ab Arrianis exustum ad seditionem excitatis , quod Magnus Theodosius postea texit cameris cylindricis. Deinde iidem scriptores addunt iterum conflagrassè tempore Iustiniani. At Sozomenus , certus , & antiquus scriptor , tradit tempore Theodosii minoris , cùm orta esset seditio in Magno Templo , de expellendo Chrysostomo , repente templum undique deflagrassè , igne injecto ab iis , qui Chrysostomi fautores in Templo inclusos comburere unà cum Templo cupiebant. Procopius tradit etiam deflagrassè cùm Iustinianus imperaret ; qui in eam formam , quam nunc videmus , ipsum reædificavit : sed eo ne loco sit , in quo erat ante Iustinianum , non explicat Procopius . Itaque dubium videtur , ex incerto scriptore , commemorante nomina eorum , à quibus

CONSTANT. LIB. I. 101
bus domos emerit Iustinianus ad solum
ejus constituendum. Antiqua Vrbis de-
scriptio , ante Iustiniani Imperium facta
alio loco ponere videtur : nam Eccle-
siam Magnam , & Ecclesiam Antiquam
ponit in secunda regione ; in quarta Au-
gusteum forum ; quod infra monstrabo
fauisse juxta zdem Sophiaz. Zonaras tra-
dit Iustinianum multo majorem à fun-
damentis innovasse. Sed Iustinianum
supsicari possumus domos proximas e-
misse ad augendum Templum : quod
autem in diversis regionibus ponantur
Magnum Templum , & Forum Augu-
steum , id non impedit quin vicina esse
poterint. Cùm igitur Iustinianus zdem
Sophiaz pristina magnitudine præstan-
tiorem effecisset , & formæ decore , &
metallorum varietate ornasset , patentes-
que & cameras costo latere , & calce
construxisset , atque plenisque in locis
ferro colligasset , nullaque tigna interpo-
suisset , ne in posterum incendiis pare-
ret . Tamen ut in hunc diem evaserit
incolumis ab igne , sœpe experta est va-
rietatem casuum , idque statim à prin-
cipio : cum arcus ad Orientem spectans
nondum esset perfectus , sua magnitudi-
ne onerabat pilas , quæ non sustinentes
arcus magnitudinem , subitas ruinas
egetant , & quam mox casuz videban-

tur, nisi architecti accelerasset absolvere arcum; qui in suam curvaturam perfectam incumbens, minus gravis pilis fuit, seipsum sustinentibus. Arcus vero duo, quorum alter ad Meridiem, alter ad Boream spectat, pilas suas, & structuram inferiorem sic premebant, ut columnæ structuram contingentem imam atcuum curvaturam, lapillos quosdam exiguos veluti ramenta quazdam jacularentur, & ruinas editus viderentur, nisi architectorum ingenio summæ partes mole laborantes, quæ attingebant arcus pro tempore demoliri studiissent, & paulò post restituissent, cum structuræ humor exiccatus esset. Denique templum hoc Iustinianus cum ingenti sumptu, & labore perfecisset, aliquotque annos incolue permanisset, terræmotu concussum est etiam tunc vivente Iustiniano. Quo quidem terræmotu scribit Agathius labefactatam partem recti medium eminentem supra omne fastigium; rursus Regem instaurasse, firmioremque effecisse, & in maiorem altitudinem erexisse; quanquam Anthemius, qui ædem Sophiæ architectus erat jampridem, mortuus esset: tamen Isidorum juvenem, aliosque architectos, ubi confidessent priorem formam, ubi vitium depre-

CONSTANT. LIB. II. 103
deprehendissent, orientalem quidem,
& occidentalem arcum in suo loco
consistere sivisse: Septentrionalis vero,
& occidentalis arcus structuram, quæ
efficeret arcus curvaturam ad interiora
subduxisse, sensimque ita amplificasse,
ut reliquo ædificio plurimum congrue-
ret: ut faterentur spectatores æquabi-
lem habere dimensionem latera in he-
misphærium desinentia, vacuique va-
stitatem illam architectos in angustum
contraxisse, pusillamque oblongi por-
tionem subduxisse eatenus, quoad un-
dique congrueret forma. Supra arcus
sic dispositos rursus collocarunt in me-
dio supereminente circulum, sive
hemisphærium, undique congruens,
sed angustius, & in acutum porrectius,
& tutius contra omnes impetus. Zo-
naras, Magna, inquit, ædes sacra per-
fecta, & dedicata, evexit ut terramotu
caderet magna sphæra perinens ad O-
rientem, strangeretque sacram mensam,
& pulpitum, quam Iustinianus virginum
quinque pedibus excelsiore, quam
prius esset, excitavit. Georgius Cedri-
nus tradit Iustiniani tempore, laboran-
te hemisphærio Magni Templi, & ri-
mas agere, ex cæbris terramotibus
cecidisse partem orientalem, & conti-
nisse sibi spissam & sacratam mensam, &
pulpi-

pulpitum. Iustinianus excitavit alias pilas, quæ exciperent hemisphærium sublimius viginti pedibus quam antea fuisset, extraque Templum contra pilas quatuor interiores erexit cochleas, seu muros velut alas, per quas anfractibus multis graduum ascenditur in supernam partem templi, quæ ab imo solo surgentes usque ad hemisphærium fulciunt arcus & pilas. Alii authores, sed obscuriores, tradunt superiori terræmotu cecidisse hemisphærium Sophiæ, quatuor arcus non cecidisse, sed incolumes permanuisse, hemisphærium Regem restituisse, sed humilius, quam prævi fuisset vigintiquinque pedibus. Quos ferrem, si aliis terræ motibus traderent rursus concussum fuisset, & ita humilius restitutum fuisset. Nam cum Euagrius tradat Iustinianum in tantam altitudinem excitasse, ut internè ex solo suspicentes asséquivix possent summum hemisphærii tholum, & ex ejus culmine nemo auderet despicere, solum vetissime videatur in pristinam altitudinem restituisse. Basilius Rex, ejusdem Sophiæ arcum magnum vergentem ad occasum, ex terræmotu multas ruinas agenter, & casum minitatem, peritiae architectorum costringens, firmum & stabilem reddidie, teste Georgio Cedri-

no. Nicephorus in Reginam Annam, quæ tempore tyranni Catacosmi thesauros Sophiaz expilabat, acerbè invenitur; atque exclamat propter tyranides & varias religionis sectas, ædem Sophiaz ruinam edidisse sine ullo terræmotu. Nam, ut ipse adjungit, cum ad vesperam cælum serenum esset, circiter medium noctem unum ex quatuor arcubus ad ortum Solis spectantem cecidisse, secumque traxisse hemisphaerium, quod sustinet, & contrivisse tribunal templi, & imaginum ornatum, & sacras columnas, & medias aulas. Post hæc Nicephorus adjungit à multis tum dictum fuisse, quod nisi cupidines, & fulcimenta ad Orientem pertinentia diligenter priùs constructa extitissent ab Andronico Rege, multo major fuisset casus, & quidem unus ex insanabilibus. Euagrius scribit ædis Sophianæ longitudinem hanc esse: nempe à concha, ubi in cruentum sacrificium litatur, ad portam conchæ adversam, esse centum nonaginta pedes; latitudinem vero à borea ad notum centum & quindecim: altitudinem à pavimento ad centrum hemisphaerii, pedum centum octoginta: longitudinem vero ab Oriente ad Occasum eam ipse metiri ausus non sum, sed metiens.

G 5 dama

dam curavi per hominem Turcum ; qui mihi rétulit , latitudinem templi esse ducentorum & tredecim pedum ; longitudinem verò ducentorum & quadraginta pedum ; altitudinem à summa curvatura arcuum usque ad pavimentum centum quadraginta duorum pedum . Hemisphaerium non mensus est . Qui si rectè mensus est altitudinem , parum discreparat ab altitudine , quam tradit Evagtius . Qualis olim fuerit Aedes Sophiæ , vide Procopium , Agathium , Paulum Florum , Evagrium : qualis autem hodie sit , adjungam hoc , quatenus cognoscere mihi licuit .

C A P. IV.

*Descriptio Templi Sophiae quale
hodie videsur.*

EIUS parietes , & cameræ coctis lateribus constructi sunt . Parietum interior pars crustis marmoreis vestita excellentibus , & variis fulgurat , & permiscet cum summas naturæ vires , tum mentes spectantium . Cameræ calculis , & tessellis vitreis inauratis fulgent etiam ad oculos Barbarorum , summa arte elaboratis . Concameratio octo pilis sustinetur . Quarum quatuor maiores , & excelsiores in ordinem quadruplum

dum dispositæ , sustinent ingentes qua-
 tuor arcus , fulcientes hemisphærium :
 quotum quidem duo , Septentrionalis
 & Meridianus , curvaturam suam imam
 substructam habent renui pariete fene-
 stellis virreis pleno sustentato , colum-
 nam dupli ordine , inferiore & su-
 periore . Inferior habet octo columnas
 ad solum nitentes ; superior sex , sus-
 tinentes parietem subtilem , & subjectam
 imæ arcus curvaturæ . Reliqui duo ar-
 cus , Orientalis & Occidentalis , inta
 curvaturam suam nibil substructum ha-
 bent , sed apertum & vacuum à pa-
 rietibus & columnis , ut horum vacui-
 tate Templum efficiatur capacius . Nam
 ad eorum imam curvaturam commit-
 tuntur extremæ partes ultra pilas pro-
 jectæ in sphæræ quartam partem rece-
 dentes , quæ nituntur quatuor arcubus ,
 qui sustentantur duabus pilis minori-
 bus , & duabus majoribus . Quatuor
 enim pilæ majores non solùm sustinent
 quatuor arcus majores , sed etiam car-
 rum singulæ duos arcus minores , u-
 num pergentem in longitudinem , al-
 terum in latitudinem , quibus Tem-
 plurum longè portigitur , & latè dilata-
 tur : sic enim ab Oriente & Occidente
 quarta pars sphæræ applicatur hemi-
 sphærio , ut in una , & cadem con-
 came-

cameratio esse videatur, foris vero separata, apparet ornatius efficiens hemisphaerium altè eminens supra duas quartas sphæræ partes. Latitudo vero dilatatur ultra pilas arcubus & columnis, & parietibus ex utroque latere, Septentrionali scilicet, & Meridionali, sex velut aulas capiens, tres inferiores, & totidem superiores, vario marmore vestitas, concameratas calculis inauratis, & figuratis ornatae: ita enim ex singulis pilis duplices arcus nascuntur in Templi latitudinem portecti, ut eorum alterum cornu conquiescat in moto extrinsecus obniente majoribat pilis: à quibus quatuor arcus in utrumque parietis latus emituntur; duo quidem inferiorum trium aularum concamerationem sustinentes; reliqui duo superiorum totidem aularum testudines, quarum latera singularum partim adnuntantur ad arcus, partim ad parietes, partim ad columnas. Vnde sit, ut pars Aedis interior, & media illa ingens vacua, si sola consideretur, comprehensa intra pilas & columnas, sit forma ovata; si vero totam intra, quam extra pilas perspiciat, sit quadrata. Ita enim ex utroque latere velut alæ appensæ sunt tres aulae inferiores, & totidem superiores, ut ab imo

imo pavimento procedat quadrata usque ad curvaturam superiorem aularum, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur usque ad curvaturam quatuor arcuum sustinentium hemisphaerium. Forma aularum, seu cellarum, quas dixi cingere utrumque latus, talis est. Ex tribus lateribus aulae quadratae sunt: ex quarto latere, quod intuetur interiorem Aedis partem, figuram Templi sequitur, quam obrotundam efficit pilarum, & columnarum dispositio. Sustinetur arcibus & columnis concameratio aularum; quarum describam duntaxat treis: quibus cognitis ceterae omnes simili forma esse cognoscantur. Incipiam a tribus superioribus, satis in latere Templi Septentrionali; quarum prima est in angulo intuenti Septentrionem & Orientem: ejus duo latera exteriora surgunt a muro, & desinunt in arcum: in latere medio columnae tres sunt quadratae, loco parietis, neque fenestratum parastades, quarum scapus habet perimetrum quinque pedum, & unius dodrantis. Supra easdem ciminet aliæ tres quadratae. Haec omnes sunt marginis albi, in colorem glaucum vergentis. Latus pertinens ad interiorem Aedis partem, habet sex columnas vi- tides,

rides, subjectas arcui sustinentei quam tam partem sphæræ Orientalis, quam imus scapus ambitum habet septem pedum, & octo digitorum. Earum intercolumnia, diastyli dispositione distinda, lata septem pedes & undecim digitos, pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incurvantes vident interiorē Aedis partem tandem infernam, quam supernam. Latus interiectum inter primam aulam & secundam à patiente exteriori vergente ad Septentrionem, usque ad pilam magnam, sustinentem arcum hemisphærii, largum est quadraginta quatuor pedes; quorum partem possident pilæ, partem arcus surgens à tergo pilæ, sustinens hemisphærium, quo rotō patente lato juxta pavimentum viginti pedes transiunt à prima aula ad secundam aulam. Reliquam lateris inter primam & secundam aulam intermedii partem, latam viginti quatuor pedes, occupant pilæ arcus, & murus surgens velut aliusque ad concamerationem hemisphærii. Secundæ aulæ concameratio extrema sustinetur arcubus & parietibus: media verò nititur quatuor columnis albis, ad glaucum colorem accedentibus: quarum scapus in ambitu circumpleteatur septem pedes. Secunda sive me-

media aula, quadrata est: cuius duo latera sustinentur partim muris, partim arcubus, quorum alterum cornu nascitur à tergo duarum magnarum pilae summi sustinentium magnum hemisphaerium; alterum sustinetur pilis orientibus ex interiori parte murorum aliorum fulcientium pilas majores. Hujus secundæ sive medie aulae latus exterior loco patietis habet octo columnas quadratas, quarum perimetrum est sex pedum. In earum medio est magna pila. Inter columnas eas parastadum vicem praestantes sunt fenestrae. Præterea supra easdem columnas existunt pilæ parastadum vicem praebentes superioribus fenestris, quæ tam superiores, quam inferiores numero sexdecim aulam hanc medium illustrant; cuius latus vergens in templum interius, sex viridibus columnis ornatur. Harum intercolumnia habent pluteos similes pluieis primæ aulae. Camera media sustinetur columnis colorem medium inter album & glaucum præ se ferentibus, in quadratum ordinem dispositis: quantum duæ stant non longè à latere exteriori; reliquæ duæ parum absunt ab interiori latere ornato sex columnis. Ex hac media aula exitus patet in terram, per arcum tam latè patentem, quam

quām alterum, per quem aditus est à prima aula in secundam. Tertia aula similis est primæ aulæ, longitudine, fenestræ, parastadibus, columnis; quibus quatuor sustinetur ejus camera, & latus interius sex viridibus. Iam verò inter pilas duas, quibus sustinetur quarta pars sphæræ occidentalis, extant quatuor columnæ virides, eademque binæ inter se conjunctæ: inter has intercedunt sex columellæ virides, Ionicæ. Templi verò valvæ occidentales loco vestibuli duas porticus habent: inferiorem, quâ aditut Templum plano pede; superiorem, quâ Gynæconitides Aulæ adeuntur; ambas tam longas, quām templum latum, largas viginti octo pedes. Porticus superior supra porticum inferiorem sita est inter pilas sustinentes quartam partem sphæræ occidentalem, & fenestras. Nam à parte interiori octo pilis, ab exteriori totidem sustinetur, inter quas fenestræ tam inferiores, quām superiores illudent, cinquæ columnis quadraq. Inter hanc porticum & Aulas fœminarum, nihil interest, nisi pilæ sustinentes porticus cameram interiorem: pavimentum enim porticus æquale est Aulatum pavimento. Porticus inferior est duplex: interior claudit utrinque mū-

rīs marmorū jucundissima varietate
vestitis: tegitur cameris figuratis orna-
mento tessellato calculorum inaurato-
rum. Ex hujus porticus latere orienta-
li novem portis patet aditus in Tem-
plum, ex latere occidentali quinque
portis æneis, duplicibus patet exitus ex
interiori portico in exteriorem porti-
cum, ex qua prodit in aream ubi pet-
ennes saliunt aquæ, ad quas ex area de-
scendit multis gradibus. Per capita
harum porticuum aditus patet unus à
Septentrione, alter à Meridie sex val-
vis, olim æneis omnibus, jam duntaxat
tribus æneis, egregio opere elaboratis.
Ædes Sophiana ex parte Orientis habet
duas portas, easque duplices: in lateri-
bus sunt aliquot clausæ, quæ nunc non
aperiuntur. Ædis interiora fulgent cla-
rissima luce, ob multitudinem lumi-
num. Summus murus, qui in orbem
ferrur inter quatuor summos arcus &
hemisphærium, quadraginta fenestræ
lucem intromittit: muruli arcubus sub-
jecti illuminantur viginti sex fenestræ:
aulæ intermediiæ triginta duabus in sin-
gulis extremis aulis orientalibus lucent
plus viginti. Præterea duas occiden-
tales, & quatuor inferiores aulas, tum
duas quartas partes sphæræ, tum sa-
cram Ædis partem solis sacerdotibus

H. olim

olim patentem : fileo superiorem posticum , etiam in medium templum clarum lumen emittentem : quoniam omnium lumina ob multitudinem numerate omisi . Maximus Sophiani templi aditus est ab occasu , plano pede : non enim , ut Pantheon Romanum gradibus , ut olim ascenditur , aut ut nunc descenditur , nisi ab ortu , unde quinque gradibus descensus patet in ædem , sed in superam Aëdis partem ascensus existit quatuor cochleis , quas antè dixi oppositas ad fulciendas quatuor majores pilas . Georgius Cedrinus cochleas appellat , sed non satis propriè , cum magis in anfractuum normalium , quam cochlearum modum gradus surgant : quinque enim anfractibus ab imo ascenditur , non exasperatis in gradus , sed in mollem clivum substructis ex amplis mensis marmoreis ; Horum quinque anfractuum singuli alti undeviginti pedes & sesquipedem , lati quinque pedes . His anfractibus succedunt alii anfractus , usque ad Templi tectum , non clivis molliti , sed in gradus fracti , quibus adeuntur aulæ , & porticus superiores , & summæ Templi partes . Si quis ea , quæ antè dixi de Templo Sophiæ , conferat cum descriptione Procopii & Agathii , cognoſcat , de illo , quod Iustinia-

Sinianus condidit non tantam dimini-
 tionem factam esse, quam tam eives Con-
 stantinopolitani prædicant, iactantes
 longè majus extitisse, multaque illius
 membra à Barbaris diruta esse, deci-
 manque partem vix hodie extat: quo-
 tum opinionem ferendam purarem, si
 intelligant dominos regum, sacerdotum,
 senatorum circum ædes constructas à
 Barbaris, & incendiis deletas esse. Si
 membra ædis Sophianæ à Justiniano
 conditæ, longè errant, omniaque ejus
 ferè constare video tradita à Procopio,
 præter porticum alteram. Nam cùm,
 teste Procopio, utrinque porticus habe-
 ret, nunc duntaxat ex una parte, eaque
 occidentali habet; orientalis nō extat,
 sed cecidiisse aliquo terræmotu verisimile
 est, ipsiusque in locum excitatam fuit
 se molam illam, quæ hodie extat lapi-
 de quadrato constructa velut crepido
 clivosa, objecta ad fulciendas partem
 ædis orientalem. Verum jam tam ex-
 celsam, ob terræmotus, non arbitror,
 quam primò fuit; sed tamen tanta al-
 titudine nunc attollitur, quanta ferè
 traditur ab Evagrio: atque adeò post
 terræmotus, ad fulciendas pilas labo-
 santes, vel terræmotu, vel pondere he-
 misphærii, aucta est quatuor mutis loa-
 gis plus viginti pedes, latis plus octo

in altitudinem majorum pilarum assur-
gentibus, quos alares appellare possu-
mus à similitudine alarum architecte-
nicarum, vel potius ἐρείσματος, id est,
obnitemia firmamenta, quibus latus ædis
pertinens ad Septentrionem & latus au-
strinum præfulciuntur, atque præmu-
niuntur. Extant Templo extremitates
ultra octo pilas projectæ in sphæra
quartam partem recedentes ex supera-
parte quiddam Lunæ curvatae in cor-
nua simile præ se gerentes: extant cel-
læ, sive aulæ inferiores quidem Andro-
nitides: superiores Gynæconitides ex-
tant, infinita varietate marmorum
præstantissimorum vestiti parietes & pi-
lae, & tota concameratio tecta tessell-
lis inauratis, & non modo Moseaci
operis ratione jam per vulgata, sed an-
tiqua illa recondita amissi dimensis e-
gregiè in hunc diem eminentibus, nisi
qua offensiones intercedunt, quas in-
tulerunt imaginum oppugnatores. De-
nique ut corpus & membra Sophiæ Æ-
dis ferè omnia extant, sic nihil exem-
ptile, nisi exiguum quiddam ex infini-
tate metallorum. Extat templi pars
puta olim, & facta, solis sacerdotibus
attributa, sed nihil gemmarum hodie
apparet, omnium nationum bellica di-
sciplina spoliata, non modo mensa il-

la,

la, quam nemo imitari poterat, à Iustiniano refecta, ex auro; argento, omnique genere lignorum, gemmarum, que producit mare & eundus orbis, sed etiam donis aliis infinitis denudata, quibus reges Constantinopolitani & pontifices & principes eam ornabant: atque etiam mulieres cum aliæ permultæ, tum Patcheriam Attadii filiam, Theodosii minoris sororem. Scribit Sozomenus ex auro & lapidibus pretiosis pulcherrimum & mirabile quoddam spectaculum mensam dedisse sacrae Aëdi Constantinopoleos. Neque dum vestigibus, quibus erat immensis locupletata, privantur Maometani sacerdotes, neque mille & centum tabernis, sive officinis, quas vestigales, & liberas possident, sitas in pulcherrimis foris Constantinopoleos.

C A P. V.

De statuis inventis in latere adie Sophiane.

EX latere Templi Sophiæ Suidas (quem scito velut receptum in primam classem Grammaticorum) refert, statuas repertas suisque deorum Græcorum plus quam septuaginta, & duodecim signorum Zodiaci, & regum Christianorum

ostoginta : quas Iustinianus urbi cùm
distribuisset , magnum Templum ædifi-
cavit .” Possem buc adjungete nomina
harum statuarum ex incerto scriptor ,
qui scripsit de patria Constantinopoli-
ta na , nisi in aliis per multis mendacem de-
prehendissim.

C A P. VI.

De Phare Triontoris , & Mangana.

AMIANUS MARCELLINUS scribit Pro-
mentorium Ceras prælucentem sa-
vibus vehere constructam celsius terrim ,
quæ Pharos appellaretur. Hæc alibi re-
stius esse non potuit , quâm propè Tem-
plum Sophiæ . Vnde nam commodius ,
& latius illacefcere potuisset navigâibus
ex Bosphoro & Propontide , Promonso-
rium Ceras Dionysius Bosporium appel-
lat , & dicit ex eo Inachi filiam Io , itâ
Iunonis stimulatam trajecisse in Asiam.
Mangana locus ita appellatus , ubi ma-
chinæ bellicæ servabantur , erat in clau-
stro regio , aut prope claustrum , juxta
Bosphori fauces extremas . Rex Constan-
tinus Monomachus splendidum , & am-
plum à fundamentis monasterium con-
didit in nomen magni martyris Geotgii ,
quod Mangana appellant. Alexius Com-
menus cùm podâgra laboraret , in Ma-
gnum

goum Palatum, quod ad Solis ortum est, gestabatur; ac cum Palatii hujus aëc medicis non satis commodus videtur, in Palatum Manganorum transferebatur.

C A P. V I L

De Thermis Zeuxippi, & de ejus statu.

Thermas, Zeuxippi [Balneum] nuncupatas, à Iove Zeuxippo, ait Cedrinus in ejus Templo ædificatas. Quod Eusebius confirmare videtur: Ex Zeuxis, inquit, pictoris imaginibus, quas plurimas fecit, lavacrum Byzantionum quidam appellatum arbitrantur fuisse, vicinum Sophiæ Ædi: assequor non modo ex antiqua descriptione, quæ ponit in eadem regione Templum Sophiæ & Thermas Zeuxippi, sed etiam ex incendio facto tempore Iustiniani, quo deflagrassè Templum Sophiæ, & vicina ædicia, ut Balneum Zeuxippum appellatum, & regiæ vestibulum, quod Chalca appellatur, testatur Procopius, & Zonaras: qui Severum Imperatorem scribit id Hippodromo conjunxit, & ædificari in templo Iovis Leontius, antiquior & gravior testis, non conjungit Hippodromo, sed vici-

num facit suis versibus, inscriptis in domum sitam inter Zeuxippum & Hippodromum:

Λεονίχ εἰς οἴκοι κείμενον μέσον
Ἐγγέζεπας, καὶ Ἐπιπλεύ.

Εἰ μὲν τῇ, Ζεύξεπων ἔχω πέλας
ηὖλον λοεθρόν.

Ἐκ τῇ ἐπέρην, ἐπιπλευ χῶρον αὐθλοφόρουν.

Τάς δὲ θεοπάτρους, καὶ τῷ οἴκῳ
χρωτας λοέσας,

Δεῦρο καὶ αὔμανδον δακτὸν παρημετέρη.

Καίκι πάλιν σαδίς ποτὶ δένελον ανελούσις,

Ἐγγέζει εἶχε τὰ γενέας τοῖς θεαταῖς.

Cedrinus, inquit, variam in hoc balneo contemplationem, & splendorem fuisse artium, marmorum, calculorum, statuarum ex aere factarum, hominum antiquorum, quibus nihil de- erat praeter animas, ad vere representandum eos, quos imitantur: inter quos etat Homerus, mentem contrahens & contendens, & manus sub iugum pectus conjugens: barba ejus simili-

simpliciter demissa erat, capillus similis ex utraque parte calvariae rarus: facies tetrica, ob senectutem & cōmmentationem: nasus per omnia mediocris: oculi conciliati palpebris, velut de ipso fama est, cæcum præ se ferunt: supra tunicam gestabat pallium: lorum quodam æreum pedibus subjiciebatur. Erant præterea statuæ ex æte factæ omnium sapientum sublimium, & Poëtarum, & Rhetorum, & Heroum fortitudine celebrium, tum ex marmore permultæ, adeò antiquo opere elaboratae, ut spirare viderentur, quas omnes consumpsit incendium: inter quas fuerunt statuæ Deiphobi, Æschinis, Demosthenis, Aristotelis, Eutipidis, Hesiodi, Theocriti, Simonidis, Anaximenes, Calchantis, Pyrrhi, Amynones, Sapphous, Apollinis, Veneris, Chrysæ, Iulii Cæsaris, Platonis, Hermaphroditæ, Herinnæ, Terpandri, Periclis, Pythagoræ, Stefchori, Democriti, Herculis, Aurora, Æneæ, Creusa, Heleni, Andromachi, Menelai, Helenæ, Vlyssis, Hecubæ, Cassandra, Polyxenæ, Ajacis, Paridis, Oenoæ, Milonis, Daretis, Entelli, Charidemi, Melampi, Panthoi, Demogerontis, Isocratis, Amphiarai, Sarpedonis, Achillis, Mercurii Apuleii, Diana, Pherecydis, Heracliti, Cratini,

Menandri, Amphitryonis, Thucydidis, Herodoti, Pindari, Xenophontis, Alcmanis, Pompeii, Virgilii : aliaque plures statuæ versibus descriptæ à Christodoro Poëta Thebæo, sive, ut alii tradunt, nato ex urbe Copto Ægyptica; cujus versus explicarem, nisi id longum esset, & satis sit digitos intendere ad fontes. Fuit prope Thermas Zeuxippi balneum parvum celebratum versibus Leontii:

Μὴ μείσοντες Ζεύξιππας παρ' αὐτέλλοις λοσθῆσθαι.

Καὶ μεγάλην παρ' αὔραξαν ἐρυθρῷ οὐδὲ φαίνειν.

Nunc nulla Zeuxippi vestigia restant, neque aliorum permultorum balneorum, et si de illis scripta Epigrammata extant; ut illud celebratum ab Agathio, in quo Venus erat; item alterum Didymum, in quo mulieres, & viri lavabantur, decantatum versibus Pauli Silentianii, & aliud illustratum Epigrammate Leontii Scholastici; atque illud nunquam patum Cupido, descriptum à Mariano Scholastico: quæ vel perierunt, vel à Mametanis ita immutata sunt, ut non agnoscantur.

C A P. VIII.

De Xenodochio Sampsonis & Eubuli.

ERAT quoddam, ut Procopius inquit, Xenodochium hominibus attributum inopibus & agrotantibus. Hoc quidam vir pius, nomine Sampson, superioribus temporibus ædificaverat. Sed non mansit intactum ab incendio, quod excitavit seditione plebs, quo illud unà cum Templo deflagravit. Hoc reædificavit Julianus, pulchritudine quidem structuræ dignius, & multitudine domuncularum amplius reddidit, vestigiaque annorum summorum magno detavit, ut pluribus subveniret affectibus: ac nondum hac erga Deum obseruantia satiatus, duo præterea Xenodochia è regione illius adjunxit, ea excitans in domibus, quæ Isodori & Arcadii dominantur, adjutus à regina Theodora. Hæc quidem Procopius. Ex quo colligitur, Xenodochium Sampsonis, quod perierit eodem incendio quo magnum Templum, non longè à Sophja fuisse: hoc historia incerti authoris docet fuisse è regione Ædis Sophianæ; cui ut credam, me adducit Zonaras, similiter tradens à seditione plebe immissum fuisse incendium, quo magnum Templum, & Sancta Hirent, & Eubuli Xenodo-

nodochium, & Chalca, & Severi Balneum, appellatum Zeuxippus, aliaque permulta deflagrârunt. Cui consentit Georgius Cedrinus, loquens de eodem incendio: Magna, inquit, pars urbis, magnumque Templum, & Sancta Hizene, & Xenodochia Sampsonis, & Eupoli, unâ cum ægrotis exusta sunt, atque etiam vestibulum Basilicæ Augusteum, Chalca, duæ porticus usque ad Forum & Octogonum, & balneum appellatum Zeuxippus. Postquam superiora ex Procopio edito scripsisse, incidit in Procopii manuscriptum Codicem declarantem Xenodochium Sampsonis fuisse medium inter ædes Sophiarum & Hirénarum.

C A P. IX.

De statua Eudoxiae Augustæ, ob quam Chrysostomus ejctus in exilium.

Socrates & Sozomenus Sacræ Historiæ scriptores tradunt Eudoxiæ Augustæ statuam argenteam supra columnam purpuream secundum latus medianum. Ædis Sophiarum, via duntata latâ intercedente, excitatam fuisse, ante domum magnæ Curiæ, cui à populo plausus dari, & ludi publici saltatorum, & mimorum edi solebant de more,

mote , qui jaſhdudam invaluerat co-
lendi regias imagines : quod Ioannes
Chrysostomus contra religionem Chri-
ſtianam fieri existimans , pro concione
reprehendit eos , qui tale quipiam fa-
ctitarent . Quibus Eudoxia ſe perſtri-
ctam putans , in exilium projecit Chry-
ſostomum . Huc adderem Miliatum , &
Basilicam , ut vicina Templo Sophiæ , ni-
ſi nunc mallem regionum ordinem fe-
qui , quam ædificiorum vicinitatem .

C A P. X.

*Quam Vrbis partem complexa fuerit
tertia regio.*

Vi Hippodromus est , & domus
Abrami Bassæ , & porta Leonis , &
portus , quem vulgo Byzantii appellant
Caterga limena , quasi tritemium por-
tum , dorsumque secundi collis , usque
ad Forum Constantini' , olim tertia re-
gio fuſſe deprehenditur , non modò ex
ordine ſuo , ſed etiam ex ſua deſcriptio-
ne , quæ declarat hanc planam in ſu-
periori parte in ea Circi ſpatio longius
explicato , ſed ab ejus extrema parte
nimis prono chivo ad mare uſque de-
ſcendere , compleſtentem tribunal fori
Constantini , Circum maximum , do-
mum Pulcheriæ Auguſtæ , Portum no-
vum ,

126 DE TOPOGRAPHIA;
vum, Porticum semirotondam, quæ ex
similitudine fabricæ Sigma Graeco vo-
cabulo nuncupatur.

C A P. XL.

De Hippodromo, & de ejus obelisco & columnis & statuis.

SEverum reconciliatum Byzantiis, re-
centes Historici, ut Zonaras & alii
plerique, tradunt Hippodromum edi-
ficasse : Zosimus antiquus Historicus
scribit Constantimum Magnum, Hip-
podromum elaborasse ; omnique culu
pulcherrimo adornasse, partemque ejus
fecisse templum Castoris, & Pollucis,
quorum simulacra usque in suam æta-
tem, hoc est, Theodosii minoris, in
Hippodromi porticibus extantes videre
liceret. In medio circo, quem Graeci
Hippodromum appellant, obeliscus ex
Thebaico lapide factus extat, eujus cùm
non meminerit antiqua Regionum de-
scriptio, & meminerit obelisci Thebæi
quadrati, quem ponit in quinta regione,
arbitraret hunc terræmotu eversum tran-
flatum fuisse in Hippodromum à Theo-
dosio post editam descriptionem regio-
num, nisi hac Theodosiacorum mul-
torum meminisset operum, nisi præteri-
set nonnulla in commemoratione Re-
gio-

gionum, quorum poste à meminit in generali descriptione Vrbis. Habere igitur plures obeliscos Constantinopolis potuit, ex quibus non superest ille Thebaeus, quem in quinta regione ponit antiqua regionum descriptio. Duos adhuc extantes vidi cum primùm venissem Byzantium: unum in Circo Maximo, alterum intra Claustrum Regiam, in latere primi collis, vergente ad Septentriones, quadratum, ex lapide Thebaico factum, erectum juxta domum vitrearia-
rum officinarum regiarum: sed paulò post eversum, & extra Claustrum clavum vidi jacentem, longum triginta quinque pedes: cuius singula latera (si bene memini) senos pedes lata, perimetrum illius efficiebat viginti quatuor pedum. Hunc Anconius Priolus, nobilis Venetus emit, Venetias exportatus, in Foto divi Stephani locatus. Aker verò in medio Hippodromo, pro meta in hunc diem extat, supra quatuor tesseras æneas latus quoquo versus se-
quipedem altas, tantundem sustentatas basi & stylobate. A solo duos gradus habet stylobates: quorum inferior à terra altus est pedem unum, cuius latitudo pedalis, superior gradus altus duos pe-
des, projectus extra stylobatem quatuor pe-
des, & totidem digitos: gradus sub-
jecti

jecti non sunt stylobatæ, sed adjecti, & adstructi velut suggestus, ut apparet ex commissura, supra quos latus quoquo versus duodecim pedes stylobates eminet in altitudinem quatuor pedum, & octo digitorum, & extra basim projectatur sesquipedem. Præter hos quatuor pedes, & sex digitos, stylobates pedalem altitudinem excedit non extra basim eminentem: nam ex summo stylobatæ eminet striatura alta pedem & tredecim digitos, quadrilatera; nempe ex perpetuo uno eodemque lapide constans, quo stylobates. Nam stylobates emittit suam supremam partem, non solùm sesquipedie strictiorē, quam infimam, sed etiam angulis mutilatam, locoque quatuor angularium diminutorum existunt quatuor lapides quadrati marmoris Thebæi rubentis, singuli alti sesquipedem, nempe quantum striatura stylobatæ, his quatuor angularibus lapidibus interclusa, qui cum intermedia parte suprema stylobatæ sustinent basim altam pedes septem, & tredecim digitos projectam extra imum scapum obelisci sesquipedem, quoquo versus patentem novem pedes, totidemque digitos, quæ tota insculpta est, ut stylobates, qui statuis emittentibus omnia latera incisa habet: ex Septentrionali quidem latere expressa

se sunt statuæ, duobus ordinibus sculptæ,
 quorum inferior continet duodeviginti
 statuas & duas ergatas, earum singu-
 las quaterni homines versant vestibus,
 quibus funes ductarii circum ergatas
 voluuntur, obeliscum jacentem tra-
 hentes. Tum in eodem ordine sculptus
 est obeliscus rectus, ut nunc est, tum
 statuæ tres, quarum Constantinopoli-
 tani prædicant unam esse magistri, al-
 teram discipuli, quem magister, nisi in-
 terposita tertia persona retentus fuisset
 castigare conatur, quod se absente obe-
 liscum erexit, in superiori ordine bi-
 na ergatæ connituntur cum ergatis in-
 feriotibus obeliscum jacentem trahere,
 versatae singulæ à quaternis hominibus
 circumvoluentibus validos funes benè
 eminentibus toris expressos. Quod si
 stylobatæ amplitudo capere rationem
 potuisset, qua erectus est, non dubito,
 quin taleni sculpsisset, qualēm describit
 Marcellinus. Sola, inquit, restabat obe-
 lisci erectio, quæ vix, aut ne vix quidem
 sperabatur posse compleri, id est, usque
 ad periculum altis trabibus, ut machi-
 natum cerneret nemus: innescuntur
 vasti funes, & longi ad speciem mule-
 plicium liciorum cœlum densitate ni-
 mia subtegentes: quibus colligatus obe-
 liscus paulatimque per arduum inane-

protentus, diuque pensilis millibus multis tanquam molendinarias metas rotantibus cavea locatus in media. Hunc obeliscum posse etiam Byzantios machinatores in alium locum transferre in columem, adverti ex columna sita in dorso quinti collis Constantinopolitani, quæ parum cedebat obelisco. Hanc à suis sedibus dejici in terram vidi in hunc ferè modum, circum columnam (aliquo tamq; interposito spatio) trabes ingentes crebras in quadrum dispositas in solo defixas columna ipsa excelsiores erexitur paribus intervallis inter se distantes: supra trabes imposuerunt transversa tigna, omnia iner se firmissimè revincta, ex quibus trochleas creberrimas appenderunt, per quas trajeccerunt validos funes, ab imo columnæ scapo ad summum surgentes ad columnam strictissimè alligatos densis funibus, ut se contingerec, & transversis rectos velut tramis itamina secantibus formam textilis operis representantibus, extra quadraturam trabium similitudinem turris quadratæ gerentium. Ergaz utrinque multæ in terram defixaæ erant, versatae à multitudine robustissimorum iuvenum, funes illos validos (quibus columna cingebatur) trahentes tamdiu, quo ad columnam à sedibus subtraxe-

traxerunt : deinde sensim detrahentes in terram dejecerunt , & curribus impositam firmissimis , quos rotaz crassissimis ferreis cinctaz sustinebant , traduxerunt incolumem in collem tertium , ad Soleimani Regis Aedem ornandam . Iam verò in latere stylobatæ occidentali Obelisci incisum est hoc Epigramma :

Kίονα πτεράπλωσεν αὶς χρυσὶ κέρα-
μισσοι ἀχθό-

Μῆνις αἰαγῆσσα Θεοδόσιος βα-
σιλεὺς

Τελμητος , Πρόκλωπονέκλεψεν· καὶ
τέσσερας

Κίνητλίοις τελάνγρα δύο

In latere orientali inscriptum est hoc Epigramma , incisione literarum Latinarum , sed paululum exesa ; sed ut legere potui , sic habet ,

*Difficilis quondam dominis patere se-
renis*

*Iussus , & extinctis palmam portare
tyrannis.*

*Omnia Theodosio cedunt : subolique
perenni :*

*Terdenus sic vietus , duobusque diebus
Indice sub Proculo sublime elatus ad
antra.*

In meridiano latere duplex ordo statuarum exprimitur: inferior quatuor currus partim bijuges, partim quadrijuges habet, quorum unumquenque unus regit auriga. Superior ordo continet duos equites, tres pedites, togatos tres, obeliscos duos, quatuor columnas in quadrum dispositas epistylia sustinentes. Iam vero ex boreali basis latere scalpti sunt quatuor ordines, continent triginta quinque statuas togatas. Ex latere occidentali eminent duo ordines, quorum inferior habet novem statuas supplices, offerentes munera Regi, qui stat in superiori ordine cum statuis decem & sex. Latus meridianum duobus ordinibus distinguitur, inferiore decem statuas togatas exprimente, superiore viginti, togatas omnes, exceptis quatuor clipeatis. Latus orientale habet in parte inferiori tres ordines: infimus continet decem & sex personas, alias vitiles, alias muliebres, saltantes, alias organa pulsantes; supra quas eminent duo ordines capite tenus: puto spectatores. Superior ordo reddit viginti statuas, harum sex ab aliis distinguuntur columnis, media coronam tenet manu, supra basim extant quatuor tesseræ æneæ; quibus in quadrum dispositis totus Obeliscus sustinetur,

CONSTANT. LIB. II. 133
netur, cuius quidem quadrati singula
latera ima lata sunt circiter sex pedes,
ab imo ad summam scalpta notis Ä-
gyptiacis.

C A P. XII.

De Colosso struclili.

IN medio Hippodromo etiamnum ex-
istat struclilis Colossus ex lapidibus qua-
dratis factus, olim (ut quidam imperi-
tus in lucem prodidit) marmoreis cru-
stis; ut verò Epigramma in ejus basi in-
cissum testatur, æreis tabulis vestitus,
ferro colligatis, ut apparet ex foramini-
bus non modo in scapo, sed etiam in
basi remanentibus, in quæ quidem fo-
ramina regulæ ferreæ insitæ erant, plum-
bo confirmatae: nunc spoliatus restat
structuram interiorem lapideam pro-
dens, barbarorum avaritiam expetius,
qualem priùs peticlitatus est Rhodius,
quem regnante Constante nepote He-
raclii Agareni distraxerunt post mille &
trecentos annos ex eo tempore, quo
erectus fuerat. Quem Iudæus quidam
Emesenus emit, & ejus æs distractum
non ingentis camelis exportavit. In il-
lius Constantinopolitani basi incisi sunt
versus subsecuentes:

Τὸ περιάλμυρον θαῦμα τῶν με-
τερσίων,

Χρόνῳ φθερὲν γῆς Κανγαρᾶς Θε-
ασόπης,

Οὐρανιῖς πῆσι, δέξα τῷ σκαπτίου χίος
Κρεπτού πλεγεῖ τὸ πάλαι θεωρίας.

Οὐδὲ Κόλοσσος θάμνος οὐδὲν τῇ
Ρόδᾳ,

Καὶ γαληφὸς οὐτος θάμνος οὐδὲν τῇ
θάδε;

Tres gradus imæ hujus basi adjungiuntur. Primus à terra altus est duos pedes, secundus pedem & duos digitos, tertius tantundem: Basis est matmor quadratum, altum septem pedes & tres digitos; cujus latera singula lata decadent pedes & dodrantem. Hic Colossus excelsior est obelisco. In cuius cacumen festo quodam die (qui celebatur ob circumcisionem Principis Boldanię) ascendere vidi circulatorem quemdam bene peritum, & descendere incolumentem: quem subsecutus alter impetratior ascendit quidem similiter in cacumen, sed excelsitas ita præstrinxit ejus oculos, ut desperans descensum se quantum contendere potuit longè à Colosso projecerit, ne decideret in Colossi crepidines. Itaque rectus cadens, pedibus

CONSTANT. LIB. II. 135
bus altè defixis in terram, statim mor-
tuus spectatus est.

C A P. XIII.

De Columnis Hippodromi.

IN ordine obeliscorum ditecto in me-
diam longitudinem Hippodromi se-
ptem columnæ extant, quarum una ex
marmore Arabico facta, perimetrum
habet decem & septem pedum, & octo
digitorum, in qua Abramus bassa Her-
culem ex ære factum de Vngaricis ma-
nubiis statuerat; sed illo extincto, Her-
cules, qui non modò vivus in doman-
dis monstris orbem peragraverat, sed
etiam mortuus hoc illuc gestatus fue-
rat, tot clades evaserat, tandem ever-
sus, & distractus est à Turcis (acerrimis
hostibus statuarum, & totius artis Vi-
truvianæ) Hercule præstantioribus: qui
tertiodecimo proposito certamine Her-
culem vicerunt, fortius quam qui primi
vicerunt, longis autem temporibus, ex
eo, quod Herculem ligneum summa
arte factum combussissent; ut Diagoras
impius in publicum diversorum profes-
sus cum lignis egeret ad lentem co-
quendam, invenissetque Herculem li-
gneum pulcherrime & summa arte fa-
bokatum, cum in fructu dissecum in

14 ignem

ignem congesit, addens hæc verba: O Hercule, qui duodecim certamina subiisti, age & tertiumdecimum certamen subeas: & lentem nunc coquas. Exstat etiam in eodem ordine altera columnæ ænea, striata non quidem canaliculis, rugas matronalium stolarum referentibus, sed spiris trium serpentum, inter se circumPLICatarum, non sursum versus directis, sed tortis in modum tororum, (quos valdè eminentes exprimit magis funes) & desinentibus in caput triceps trium serpentum, quarum capita in triquetram formam disposita longè eminent supra columnæ torosum scapum. Quamobrem fuerit hæc columnæ posita, Constantinopolitani multa fingunt, sed nugatoria omnia, ignorantes majorum suorum historias. Inter quos Zosimus scribit Constantinum Magnum in Hippodromo statuisse Apollinis Delphici tripodem, in seipso habentem ipsum Apollinis statuam. Sozomenus Salaminius adjungit, Constantinum non modo tripodes Delphicos in Hippodromo posuisse, sed etiam celebratissimum tripodem, quem Pausanias Lacedæmonius, atque urbes Græcæ post bellum Medicum Apollini Delphico consecravit. Eusebius clarius tradit Constantinum in quadam Constantinopolis parte

parte Sminthium Apollinem statuisse, in Hippodromo autem constituisse Pythium tripodem, circa quem serpens in spiras volueretur, ex quibus verisimile videtur, tripodem illum statutum fuisse supra hanc columnam æream tricipitem, ut erat apud Delphos; ex Herodoto, qui tradit ex decimis manubiatum Persicatum tripodem aureum factum in Delphis collocatum fuisse supra serpentem tricipitem æream: atque idem affert, Persis ad Plateas viatis tripodem aureum ibi repertum, redditum fuisse deo Delphico, insistentem supra triplicem ex ære colubrum proximè aram. Similiter ertant, qui putant hanc columnam nunc æream olim inauratam, spoliatam auro fuisse à Turcis: cum multis seculis ante Turcos aurum detraictum fuerit, ut liquet ex Pausania. Commune (inquit) fuit Græcorum de Plateensi prælio donum, aureus tripous, sustentatus æneo dracone æisque Pausanias ætate mansit ex eo donario integrum; auri quod fuit, duces Phocenium amoverunt. Deinceps quinque columnæ insequuntur, tenentes eundem ordinem, quem tenent Obeliscus, Colossus, & ænea columnæ, procedentem rectâ viâ per medianam Hippodromi longitudinem. In fronte Hippodromi, spe-

& ante ad Propontidem , decem & se-
ptem columnæ marmoris albi etiam
tum extabant , cùm veni Byzantium,
cum spiris, & capitulis, & epistyliis, di-
gestæ in ordinem ambientem Hippodro-
mi partem sicam inter Meridiem & Oc-
casum , quarum stylobati alti duos pe-
des , & decem digitos sustentati sub-
structionibus fornicatis , & quartisque ex
interiori parte cum Hippodromi pla-
nitie , ex parte exteriori plus minus
altis quinquaginta pedes , positi singuli
sunt supra murulum projicientem duos
gradus , vel plinthos quadratos , infe-
riorem quidem non ex uno lapide fa-
tum , altum pedem & digitum , supe-
riorem verò altum pedem & digitos
sex , projectum extra stylobatem octo di-
gitos , quorum singula latera lata pedes
octo , & dodrantem . Stylobati lati quin-
que pedes & septem digitos , quoquo
versus : eorum eminentiæ imæ positæ
protoris , reliquisque modulis , sunt al-
ti sex digitos & semidigitum : superio-
res eminentiæ positæ pro coronidibus
tandem : spiræ plinthus crassus un-
decim digitos , torus inferior septem di-
gitos & dimidium digitum , scotia qua-
tuor digitos , torus superior sex di-
gitos : calcaneum scapi altum quinque di-
gitos : diameter scaporum est trium pe-
dum ,

dum , & quinque digitorum . Eorum
altitudo viginti octo pedum . Nunc scapi
prostrati jacent , cum capitulis & basibus
super eversi , ad ædificandum Xenodo-
chium Regis Soleimani . Dolui eorum
casum , non tam ex eo ; quod projecti
humi jacerent , quam quod eorum no-
nulli secarentur in tabulas solum con-
strutras balneorum , quodque capitula
ex antiqua artis ratione commutaren-
tur in barbaricos modulos , aut in pilas
excavarentur pistrinarias ; epistyliaque
& spicæ excinderentur in mutorum
ædificationem . Intercolumnia inter
scapos lata erant undecim pedes , dia-
styli compositione lubrica ; ex qua ad-
verti propter intervallum magnum epi-
stylia fracta esse . Capitula omnis modu-
los habebant operis Corinthii , & tra-
beatio egregiè expressa , præter echinos ,
qui scalpti non erant . Annuli ferrei ex
epistylis pendebant : unde vela suspen-
debantur . Supra harum ordinem co-
lumnarum extabat alter ordo colum-
narum , etiam aliquantò post , quam
Othomani ceperunt urbem . Antequam
Galli & Veneti cepissent Constantino-
polim , extabant in Hippodromo cùm
alii permulti equi lapidei & ærei , tum
quatuor inaurati , mira arte elaborati ,
quales hodie extant supra vestibulum
ædis

ædis Marciæ Veneticæ ; quos deportatos ajunt ex Constantinopoli. Prætereo non modò permultorum regum , & principum statuas in Circo statutas , inter quas Iustiniani Regis statua celebra-tur per vulgatis versibus , sed etiam eunu-chorum maximè valere solitorum apud Imperatores Constantinopolitanos. In-ter quos fuit statua Platonis eunuchi , cubicularii regii , qui imperante Basili-sco exustus est. In cujus quidem sta-tuæ pectorc etsi inscriptum Suidas te-statur fuisse , qui hanc statuam in aliud locum transtulerit , laqueo suffocetur , tamen ex templo Procopii , in quo priùs erat , cum id reficeretur , traducta est in Hippodromum. Iam verò quid com-memorem infinitas statuas pugilum , lu-ctatorum , aurigarum , in Hippodro-mo sitas , quæ etsi dudum perierunt , tamen recehis eorum memoria non pe-rit , retenta plusquam trecentis versibus etiamnum extantibus , quibus nonnulli autigæ decantantur ; sed permultorum memoria extincta est , ut Thomæ ann-gæ præstantissimi ; quæ ne funditus pereat me admonet lapidis fragmentum , quod vidi Byzantii cum hac inscriptio-ne , Θομαῖ λυτόχος . qui fortasse illæ est , de quo ad Faustum Romæ præ-positum Theodosicus Rex scribit , da-
dum

dum Thomati aurigæ ex Orientis parti-
bus advenienti annonas rationabiles
consideratio nostra largita est , donec
eius artem probaremus , & animum.
Sed quoniam in hoc agone primatum
dicitur obtinere , ejusque voluntas , pa-
triâ detelictâ , nostri sedes fovere dele-
git Imperii , menstrua cum duximus lar-
gitate solidandum , ne adbuc reddere-
mus , quem Italiz dominatum elegisse
cognovimus : is enim frequenter vitor
per diversorum ora volitavit , plus ve-
etus favore , quam curribus , suscepit
partem populi protinus inclinatam , &
quos ipse fecerat tristes , laboravit ite-
rum facere lætiores , modò agitatores
arte superans , modò equorum velociti-
atem transcendens . Frequentia palma-
rum eum dici faciebat maleficum , inter
quos magnum præconium videtur esse
ad talia crimina pervenire . Necesse est
enim ad perversitatem magicam refer-
re , quorum metitis non potest applicari ,
spectaculum expellens gravissimos mo-
res , invitans levissimas contentiones ,
evacuatio honestatis , fons irriguus jur-
giorum , quod vetustas habuit sacrum ,
sed contentiosa posteritas fecit esse lu-
bricum . Ex quibus Theodorici verbis
assequi possumus hunc Thomatem , qui
forte Byzantium reliquerat , ob facio-

nes partium, periclitatum fuisse Romam ob partes diversis coloribus in diversa studia distractas, quæ non modò Romanam, sed etiam Constantinopolim gravissimè affixerunt, quibus non modò cives, sed etiam Imperatores magni in gravissimum discrimen Imperii inciderunt. Nunc verò Circus Constantinopolitanus friget, omnibus ornamentis spoliatus, nuperque exædificari coepitus est: quod me spectantem dolore affecit: quem augebat Belisatii primum de Rege Vandalorum in Hippodromo triumphantis, deinde ob virtutem summam maximè periclitantis, recordatio, quam mihi dabat numisma, quod tum fortè habebam in manib[us], in cuius uno latere sculptus erat Iustinianus, Belisarium excipiens triumphantem; in altero Belisatii imago cum hoc elogio: Gloria Romanorum Belisarius. Procopius scribit in Hippodomo fuisse Portam appellatam Cochliam, ob descensum in orbem procedentem. Itemque aditum fuisse quendam qui appellaretur mortuus, Idem etiam dicit in Hippodromo fuisse Porticum appellatam Veneticam à Veneta parte ibi sedere solita: ex qua colligere licet fuisse etiam Porticum Praesinam, aliasque Porticus aliorum colonum: Par-

tes.

usque non promiscue , sed porticibus distinctas spectavisse.

C A P . X V I .

De templo Bacchi , & de aula Hormisda , & de Iustiniani domo.

R egis aulam , & domum Iustiniani , antequam imperaret , fuisse inter Hippodromum , & Propontidem , percipitur ex Templo Bacchi , & Sergii , quod etiam nunc extat in planicie inter Propontidem & Hippodromum explicata : de quo Procopius hæc scribit : Petrus & Paulus Iustinianus ædificavit Templum iuxta Regis aulam , quæ Hormisdæ olim nominabatur . Hanc enim domum suam propriam effecit , ut Palatiūm structuræ decore sumptuosum videretur . Post verò quam Imperator factus est , eam aliis regiis adjunxit : ubi sanè etiam Templum aliud construxit illustribus divis Sergio & Baccho . Horum templorum neutrum alteri cedit de pulchritudine , neque de magnitudine , neque ulla alia de re ; simpliciter utrumque splendore lapidum fulgorem Solis superat ; similiter auri copia undique saturatur , & donis ornatur : unâ duntaxat rôdifferunt : nam uni longitudo in rectum procedit , alteri columnæ

lumnæ in semicirculum ex maxima parte dispositæ stant. Ita enim ambo admirabilia videntur, cum ut toti Vrbi, tum maximè Regiis ædibus præclara sint ornamenta. Procopius paulò infrà adjungit Iustinianum domum appellatam Hormisdæ, quæ sita erat proximè Regias, in illustriorem formam commutasse, Palatioque adjunxisse. Hormisdam hunc, quem vocat regalem, arbitror Petrum Regis filium, quem Marcellinus scribit Constanti filio Constantini, per giganteos contexitus, cum Romam venisset circumferenti mentem, omni spe talia conficiendi ablata, Trajani equum solum, locatum in foro Trajani imitari se velle proficenti, respondisse, stabulum prius tale condas, oportet. Georgius Cedrinus explicatiùs ostendit, quām propè templum Bacchi fuerit domus Iustiniani. Ædem, inquit, Sergii, & Bacchi vicinam palatio ex parte matis, & propinquum huic Templum ædificavit Iustinianus, quod ante fuerat propria domus Iustiniani; omnemque suam priorem facultatem his duobus Templis largitus est, & Monasterium addidit, quod illustribus viris implevit. Templum Petri & Pauli non existat, sed Sergii & Bacchi adhuc superstes : cuius nomen dun-

duntaxat Græci etiam nunc retinent, usum verò & fructum Turci habent. Ejus figura rotunda, hemisphærio lateriō tecta, octo pilis nitens. Inter pilas columnæ Ionicæ dispositæ sunt, duplii ordine: inferior ordo decem & sex columnas habet, pavimenti solo sustentatas; quaream sex virides, decem albæ, maculis rubris distinctæ: superior duodeviginti complectiunt, quantum octo virides; decem albæ, maculis rubris varia. Capitula inferiorem echinos habent circumdantes imam partes: reliqua pars est tota vestita foliis: superiorum volutæ ex quatæor angulis capitulorum eminent, echini verò ex latere prominent. Reliqua pars folia egregiè expressa continet. Supra inferiorum capitula existunt epistylia affabré sculpta. Et Zoophorus grandibus literis versuum Græcorum sculptus ambientium totius ædis circulus. Pilarum summæ partes adumbrantur foliis vitium, interpositis racemis, designantibus æderu Baccho sacram esse.

C A P. X V.

*De Portu Iuliani, & Sophia, & de
Portico nominata Sigma, & de
Regis Sophianis.*

Postum Iuliani fuisse propè ~~Aedem~~
Bacchi, incendium declarat excita-
tum regnante magno Leone, quod Eu-
uagrius in latere urbis vergente ad A-
quilonem scribit grassatum esse à porta
nuncupato Bosporio usque ad antiquam
Apollinis templum; in latere autem me-
ridiano à Porta Iuliani, usque ad do-
mos vicinas templo Concordiae. Zon-
aras explicat Portum Iuliani fuisse pro-
pe templum Sergii & Bacchi, descri-
bens idem incendium, quod tradit ex
Aquilone extitisse à Bosporio usque ad
zdem Divi Ioannis Calybitæ, ex Au-
stro ab zde Divi Thomæ, usque ad
zdem magnorum martyrum Sergii &
Bacchi. Templum Thomæ fuit prope
templum Concordiae. Zonaras latos in-
cendi australe incipit narrare ab Oc-
cidente ad Orientem; contrà Euagrius
ab Ortu ad Occasum. Cedrinus dicit
idem incendium à mari pertinente ad
septentiones ad templum Sergii & Bac-
chi vicinum mœni Austrino urbem cin-
xisse. Portum Iuliani Anastasius Rex
~~munitiorem~~ & molé lapidum tuiorem
esse.

effecit. Hunc postea appellatum Sophiæ, demonstrat Georgius Cedrinus. In Iuliani, inquit, Portu Iustinus Iustiniani nepos ædificavit Palatium, Portumque purgavit: in quo medio duas statuas excitavit, suam, & uxoris suæ, Sophiæ nominatae; & commutato nomine appellavit Portum Sophiæ. Epigramma in statuam Iustini positam in portu,

Τῦρος αρχ' αὐγαλοῖσιν ἵψε Θεόδωρος ἔπαιρχθε.

Στῆσε φανεὶς αὐγαλμα τίνειν βασιλεῖ,

Οὐφέρε καὶ σὺ λιμένεσσι ἐπει πατέσσι γαληῖσι.

Procopius tradit Theclæ martyris ædem fuisse apud Vrbis Portum, nominatum Iuliani. Quidam recentes scriptores tradunt, ex hoc Portu Belisarium soluisse ad bellum Vandalicum: quod nescio unde assequantur, nisi fortasse ex verbis Procopii, scribentis Iulianum pavem prætoriam ad littus juxta ædes Imperatoris deduci jussisse: tum Epiphanium Vrbis Episcopum classi de more bene precatum fuisse; sive que Belisarium cum uxore Antonina soluisse. Fuerunt quidem ædes Regiae

vicinæ huic portu, sed & alia Regia fuerunt juxta Sinum portuositum, à quo longè non fuit domus Belisarii. Suidas dicit Anastasium Regem Iuliani Portuui molem apposuisse; et quæ munivisse. Zonaras huc adjungit, Iustinum Regias contruxisse, Sophianasque nominasse, à nomine uxoris Sophiæ, quam vehementer amabat. Plerique putant has Regias fuisse juxta portum Sophiæ: quibus ne assentiar non modò ratio dissuadet, sed etiam etuditorum hominum autoritas; inter quos Zonaras, tradens illum Regias contra Urbem ædificasse Sophianas: eoque longè antiquior Agathius Scholasticus, qui vixit ea ætate, qua regiae Sophianæ conditæ sunt, in hisque inscripsit Epigramma: quo percipitur illas non fuisse secundum Propontidem (juxta quam erat Portus Sophiæ,) sed contra Urbem, apud Bosporum: ubi terra dividitur in duas partes:

Αγαθίς χολαστική, εἰς Πρελάπη Σοφιανῆ.

Οπόδει περιθμένης χθειρὸς αὐδήσεως
πότερον αύτοί γε

Πλαγγές ἀλικλύσαι περθμός ἐπί^τ
αἴσθησι,

XIV-

Χρυσία συλλέκτες ταῦθε ἀνάκτορες
δῆκεν αὐτόση

Τῇ πολυχρυστῇ θεῖος ἄναξ Σοφίη.
Ἄγιοι ἡ Ράμη μεγαλοχρυστίστειτο
οὐδὲν

Καλλιθέας ἐπ' Εὐρώπης δέρκεσμα εἰς
Ασίων.

Codex Zonaræ habet Δέρκεσμα. Ex his versibus Palatium Sophianum intelligitur non modò juxta Bosporum, sed etiam extra urbem fuisse: quod historiæ confirmant non modò Cedriæ, sed aliorum, describentium acerrimam frigoris vim sub Leone (Constantino) Copronymo factam, qua conglaciavit tam vehementer Bosporus, ut quicunque vellet à Regiis Sophianis ad Vrbem, & à Chrysopoli ad Divum Mampantem, & Galatam in Bosporo, tanquam in sicco ambularet sine ulla offensa. Cùm ex his tunc ex aliis colligo Sophianas Regias fuisse trans Bosporum, contra Vrbem. Iam verò Portus Sophiaz, priusquam appellaretur Iuliani, videtur esse ille, quem Novum Portum antiqua regionum descriptio ponit in regione Hippodromi: sed siue ille Novus, siue Iuliani, siue postremò Sophiaz appellaretur, hodie exaggera-

etis est , seu sit ille , quem aedes Bacchi
habet ab Occidente , jam magna ex
parte obtutum intra muros clausum ,
cujus pars duntaxat restat , velut laicus ,
quo mulieres pannos lauare solent . Di-
cuntur videri extemes in illum demer-
ſæ : Byzantii hujus ætaris vulgo appel-
lant *Catergalimena* , quasi Portum tri-
remium , sive fuerit ab Oriente Bac-
chianæ aëdis , juxta portam urbis , quam
. vocant Leonis , vel à Leone lapideo:
qui etiam nunc propè extat , vel à Leo-
ne Imperatore , quem habuisse ibi Pa-
latium ajunt Constantinopolitani . Ni-
cephorus , recens Historicus , ait Regem
Constantinopolitanum obseßum à La-
tinis congregasse multitudinem fabro-
rum in Motio , quod erat circum Hip-
podromum . Vbi fuerit Constantino-
poleos locus appellatus Pytacia , no-
dum intellexi . Hoc tamen addam ex
Cedrino , atque aliis recentibus histo-
ricis tradentibus , in loco , quem vocare
Pytacia columnam fuisse sustinentem .
Leonis statuam Regis , Verinæ mariti ,
quam quidam scribunt ejus sororem
Euphemiam excitasse prope domum
suam , quò Leo omnibus hebdomadi-
bus proficiscebatur , ad sororem sapien-
tem & castam : omnes injuriā affecti
illuc in gradibus columnæ sua suppli-
cato-

catoria Pytacia ponebant, quæ apparitores custodiebant, regique illuc profecto dabant: qui statim responsum singularis dabat. Budzus Pytacia, sive ut ipse ait, Pyttacia dicit esse Brevia, à Gallis *Borderolas* vulgò appellatos, sed etiam supplices libellos appellare possumus. Nam Pytium liber, Pytacion libellus, Pytacium. Hodie vulgò Græci epistles appellant *Pytacia*. Historia ignoti authoris ait Eudoxiam suam statuam tetram argenteam posuisse supra excellam columnam in loco appellato Pytacio: qui si rectè scribit, fuit hæc statua prope templum Sophiæ, juxta quod fuisset Eudoxiæ statuam. antè monstravimus. *Aedem* Divæ Euphemiaz tradit libellus de patria Constantinopolitana, Constantium Magnum excitasse apud Hippodromum, eamque postea Constantinum Copronymum Iconomachum fecisse armamentarium; reliquiasque divæ Euphemiaz in profundum mare proiecisse. Suidas scribit Euphemiaz (quæ uxor Iustini Thracis erat) statuam fuisse statutam in æde Divæ Euphemiaz ab ipsa conditam. Scriptores recentes patriæ Constantinopolitanæ, tradunt tempore Basiliæ Imperatoris, terræmotum magnum fuisse, quo Divi Polycleti cecidit templum, & oppressit omnes, qui intus essent; ex

coque tempore appellatum fuisse Sigma. Ego potius ita appellatum fuisse existimarem à porticu , quam ante hunc terræmotum multis seculis Sigma à similitudine literæ appellatam antiqua descriptio ponit in regione Hippodromi Georgius Cedrinus meminit loci, quem appellat Sigma. Michaëlem, inquit, Imperatorem monachi vestitu induitum ex monasterio appellato Studio correpeum per forum pedibus traxerunt , & supra monasterium Periblepton nuncupatum ipsum ducentes in loco appellato Sigma excavarunt. Idem Cedrinus ait, Basiliam Macedonium sèdem Virginis Mariæ restituisse à fundamentis, nominatam Sigma. Eunuchus Chrysaphius Zomas excavavit statuam Theodosii minoris in loco nominato Sigma. Asdem Divi Stephani positam prope locum nuncupatum Sigma, Constantinum Magnum excavasse scribant nonnulli. Itaque hoc Sigma alio loco fuisse in Urbe , quam illud, quod dixi in tertia regione fuisse, & scribendum esse per e literam, *Sigma*, ex eo quod dicunt ideo sic appellatum fuisse, quod ædes Polycleti in situ terræmoti concussa oppresserit omnes , qui in eis essent.

C A P. XVI.

De quarta regione.

EX antiqua regionum descriptione, quæ declarat quartam regionem ubi à Miliario aureo, collibus Iæva, dextraque sargentibus, ad planitiam usque valle ducente perductam fuisse, facile ipsa perciperetur fuisse in valle prima, &c dorso jugo eminente supra vallem, si Millarium aureum maneret, aut ejus memoriā Constantinopolitani retinerent. Ex quibus edocet possumus, ubi fuisse, aut si illa extaret vestigia Augustei, Basiliæ, Nymphæi, &c reliquorum edificiorum, quæ traduntur fuisse in hac regione. Sed cum nulla hodie appareat, primum dubitabam, at vallis; quam continent quarta regio, esset illa prima à me antè descripta: non quin hæc collibus Iæva dextraque sargentibus ad planitiam usque ducentis, sed quod & aliis vallibus hæc convenienter: deinde postquam ex aliorum scriptis percepissim, loca ubi fuerunt monumenta, quæ traduntur fuisse in hac regione, facile cognovi regionem quartam fuisse in prima valle, ejusque lateribus, & jugo vicino adi Sophia. at, ut cognosces legens, quæ subjiciam.

*De Foro Augusteo, & columnis
Theodosii, & Iustiniani;
& de Senatu.*

Procopius Forum, quod Constantiopolitani Augusteum nominant, declarat ante Regias situm fuisse, columnis circumdatum. Nunc nonne non modò amissum, sed ne Forum quidem extat, tunc fere exadūcatur. Regiae dudum deletae sunt. Fuisse rāmen Augusteum, ubi nunc cernitur aqua saliens non longè à Sophiæ angulo ad Occasum vergente, assequor ex stylabata paulò ante extante columnæ Iustiniani à Turcis sublatæ, quam Procopius tradit Iustinianum in Augusteo fato, Zonaras in aula ante Ædem Sophiæ excitasse. Suidas addit Iustinianum, cum Sophiæ templum condidisset, purgasse aulam, & marmore stravisse, appellatam prius Augusteum Forum: ibique columnam suam statuisse. Procopius tradit Forum quoddam ante Senatum fuisse, à Byzantiiis appellatum Augusteum, ubi commissi lapides non minus quam septem in quadrangulum dispositi in basi siti omnes, quorum quisque consuebat contrahitur, & subducit.

ducitur extra inferiorem , ut lapidum unusquisque projectus , vel contractus efficiatur gradus , & sedes hominibus . Hanc Procopii descriptionem stylobatae eò libentius adjunxi , quod ea in editis codicibus non habetur . Deinde addit Procopius , supra septem jam dictorum lapidum supremam partem extare ingentem columnam , non ex uno lapide , sed ex lapidibus permultis ingentibus compositam , quos undique znece tabule & coronae circumveniebant , ipsosque firmitate colligabant , & ornati congebant : ejus quidem æris color debilior auro puro , sed æstimatione non multum cedebat argento . In summa columna extabat ingens equus æneus , Orientemque intuens , dignum spectaculum præbebat : similis enim erat gradienti , & ultra procedere cupienti . Pendulum anteriorum sinistrum erigebat , ut tertiam ante jacentem calcaturem alterum ad lapidem adnitezatur , ut iter ingressurus : posteriores ita contrahebat , ut prompti essent ad gressum . Equo infestebat ænea Regis statua Colosso similis , vestita more Achilij , calceata abylyis , thorace heroiico indata . Galea illius caput tegebatur , fulgore cortuscans . Spectabat Orientem ; nec arbitror contra Persas suscipiens . Ferebat manu finis

stra

stra globum : quo designabat sicut, an-
versum orbem illi obedire. Ensem non
habebat , neque hastam ; sex crux ex
vertice ejus eminebat , qua impetum
adeptus est , & bellorum secundas pa-
gnas . Prætendebat manum dextram
ad Orientem ; digitisque porrectis ju-
bebat Orientis Bárbaros domi se con-
tinere , & non ultra progredi. Qualis
autem fuerit Iustiniani galea , declarat
Tzetzes in Varia Historia. Tiara , in-
quis , apud Persas tegmen capitis fuit,
postea ex victoriis coronam adepto-
sum capitibus Romæ imposuerunt tia-
ras , sive tiphas , cujusmodi fuit eque
stris statua Iustiniani supra columnam
statuta . Procopio addit Cedrenus ar-
gentea manu globum concinuisse Iu-
stinianum. Zonaras decimoseptimo an-
no sui imperii eam columnam excitas-
se , eo loco , ubi antea stabant altera
columna Theodosii Magni , gestans sta-
tuam ex argento factam ab ejus filio
Arcadio , ponderans septies mille &
quadrungentas libras , quam simul cum
columna Iustinianus , ubi demolitus ef-
fet , argentumque detraxisset , columnam
suam cum sua statua erexit . Præterea
maximo plumbi pondere , quod ex illa
detraxit , aquam in Vrbem induxit.
Vrinam ut injuciam , quam insulæ Iu-
stiniæ-

Minianus Theodosio, Barbæ ulci sunt;
 ita humaniter eruditæ libris laciscon-
 fitorum, quos mutilavit, repertis, e-
 verterent indigesta Commentaria ma-
 jè digestarum legum. Barbæ enim om-
 ni æteo vestitu, & equo, & statua
 columnam Iustiniani spoliavunt; ali-
 quoque annos nuda remansit. Tan-
 dem ante triginta annos eversa est to-
 ta, usque ad stylobatem; quem anno
 superiore funditus vidi excindi, ex cujus
 crepidinibus aqua saliebat fistulis in ma-
 gnum labrum. Nunc stylobatæ loco,
 castellum aquæ latius constructum est;
 & fistulæ autæ, equestrem Iustiniani
 statuam, quam modo dixi supra hanc
 columnam fuisse collocatam, serva-
 tam diu in Clauistro regii Palatii depo-
 serti nuper vidi in caminos, quibus me-
 talla funduntur in machinas bellicas:
 inter quæ erat Iustiniani crus, proceri-
 tate meam staturam superans, & nasus
 dodrante longior. Crura equi ad ter-
 ram projecta metiri non potui. Pedis
 ungulam mensus sum occulte; & de-
 prehendi dodrantis esse altitudinis.
 Augustæum forum appellatum fuisse re-
 centes Historici, atque etiam Gram-
 maticus Suidas, docent ex eo, quod de-
 cimoquinto die Octobris Regionum
 curatores, & Sebastophori in Augustæo
 velat

velut in foro retum venalium saltarent
in honorem Augusti. Vnde ex eo , quod
in fornice camerae hujus fori , statuæ
magni Constantini , & Helenæ matris.
statuæ essent. Zosimus , antiquior Pro-
copio , tradit Constantinum in loco ,
ad quem erat quondam Byzantii por-
ta terrestris , Forum condidisse rotun-
dum , idque porticibus duplicibus , nem-
pe unis supra alias impositis , circum-
plexum arcus duos marmoris Procon-
nesi inter se contrarios fabricatum fu-
sse , per quos licet ingredi in Severi por-
ticus , & ex antiqua urbe exire. Inscr-
itus scriptor designat id esse Augustæum ,
cum ait Constantinum construxisse fo-
rum ad Oceani similitudinem circula-
tæ. Idem Zosimus alio loco dicit , cum
esset Byzantii , Forum maximum qua-
tuor porticibus circumdataum , ad qua-
rum unius , in quam sursum ducunt
non pauci gradus , extremas partes duas
statuas Constantinum collocavisse : in
altera quidem parte ynam Matri Deo-
num Rheæ , quam cum Iasonem navi-
gantes collocarunt in monte Dindy-
mo , eminenti supra urbem Cyzicum.
Ajunt autem , ut haec ob negligentiam
circa cultum divinum mutilata fuit , su-
blatis utrinque leonibus , & forma ma-
nuum immutata fuerit. Nam olim leo-
nes

nes continet villa, nunc in formam
precantis transflata est, Vrbem intuens
& ornans. In altera Porticus parte For-
tunam Romæ collocavit Constantinus.
Suidas dicit Fortunam Urbis fuisse in
fornice Miliarii. Quæ si vere à Con-
stantino posita fuit, utrumque Forum
à Zosimo descriptum, uolum &c idem
est: sed mihi diversum videtur, ex eo,
quod primum Zosimus dicit Constanti-
num condidisse duabus porticibus cir-
cumpositis, alterum post paulò infra
dicit fuisse quatuor porticum; nisi for-
tasse ibi adnumeret porticus Severi &
Constantini, ex quatuor utrisque licebat
exire in alteras. Ad Augustæ plagam
orientalem Procopius Iustinianum ait
condidisse Curiam, in quam conve-
niens Romæorum Senatus anniversa-
rium iunctis anni festum celebrabat.
Ante curiam stant columnæ sex, qua-
rum duæ murum Curæ, qui ad occa-
sum Solis vergit, in medio sustinent;
quatuor viri paulò exteriùs pertinent.
Omnes hæ columnæ albæ sunt. Magni-
tudine eas primas puto totius orbis.
Porticum autem faciunt hæ columnæ;
quæ quidem porticus tectum in Tholo
circumvolvit. Partes Porticus superio-
ris omnis venustate marmorum colum-
nis & qualium ornatæ sunt, statuarum
que

que multitudine. Ego arbitror Iustinianum non hanc Curiam condidisse, sed refecisse antiquum Senatum, qui detra-
gravit incendio, quo Sophia, & Ther-
mat Zeuxippi deflagratus. Nam Sozo-
menus tradit Consilium, quod Senatum
vocant, Constantinum Magnum adi-
cassem, quem eundem honorem & ordi-
nem, & festum Calendorum habere vo-
luit, quos antiquaz Romaz Senatus ha-
bere solebat. Idem declarat, ubi fue-
rit illa Curia, cum ait statuam argen-
team Eudoxiae Augustae in columna pur-
purea statutam fuisse ad Meridiem Tem-
pli Sophiani, supra excelsum suggestum
ante domum Magnaz Curiaz. Socrates
addit, neque prope, neque longe a So-
phia statutam fuisse, sed ultra latam
yiam intermedium, inter utramque,
cujus Suidas meminit. In Tribunalis
inquit, Palatii columna fuit Eudoxiae
uxoris Theodosii. Antiqua regionum
descriptio in eadem regione ponit Se-
natum & Tribunal purpureis gradibus
extructum, & Basilicam. Praeterea So-
zomenus clarius declarat, in qua parte
Senatus fuerit, inquiens: Cum sedicio
orta esset de expellendo Ioanne Chry-
ostomo, ignem repente injectum un-
dique Templum Magnum combusisse,
& omnem ambulationem, & huic ad-
jacen-

CONSTANT. LIB. II. 181
Jacentem ex parte Meridiei maximam
domum Senatus. Adhuc extant muri
Senatus, ab angulo Sophiae intuenti
Meridiem; sed interposita via, quæ per-
git à porta Claustrorum Regium ad Forum
Constantini.

C A P. XVIIIL

De Regia & Basilica, & Palacio Constantini, & de domo nun- cupata Chalca.

Non longè ab Augusteo Foro Pro-
copius scribit Regiam domum es-
se; cuius vim ita, ut ajunt, ex unguibus
leonem cognoscimus, percipient hæc
lectuti. Hoc vestibulum, inquit, quod
vocant Chalcam, talē est: Quatuor di-
testi muri in ordinem quadrangulum
dispositi in sublime feruntur. Circum
hosq[ue]m angulum cujusque projicitur præ-
tenditurque excitatio quædam lapidum
exactè elaboratorum, quæ simul cum
muro assurgit à solo ad summum, non
intersecans loci pulchritudinem, sed ad-
dens quiddam harmoniam. Supta hos
efferuntur octo arcus, sustinentes testum
medium in globatam excelsitatem in-
curuatam, præclarè laqueatum: totum
enim lacunat non picturis cera compa-
ctis, sed tenuibus calculis omni genere
L colo-

colorum ornatis fulget, cum aliquorum,
 tum hominum effigies experimentibus.
 Quae depicta essent declarat Procopius,
 bellum, & pugnas, urbes permultas
 captas Italiæ, Africæ: vincit Iustinianus Rex, Duce Belisario: reddit Dux ad
 Regem, habens exercitum alacrem, qui
 Regi tribuit spolia, reges & regna, &
 cætera, quæ sunt mortalibus pretiosa.
 In medio stant Rex, & Regina Theodo-
 ræ, ambo similes latitæ: festum agunt
 viatoriz de Rege Vandalorum, & Got-
 thorum, & de captivis ad se perdi-
 citis. Circumstat ipsos Senatus cunctus,
 festum agens. Hoc enim calculi de-
 monstrant, qui exprimunt facies, ex
 quibus hilaritas, atque latitia efflo-
 scit. Omnes igitur cum Rege glorian-
 tur, & rident, divinis honoribus frue-
 tes. Ut enim Papinius in Sylvæ Basili-
 cam Pauli appellat Regiam Pauli, sic
 domum, quam Procopius appellat Basili-
 a, etiam appellatam fuisse Basili-
 cam, & Palatum, colligo ex Cedrino,
 describente incendium excitatum tem-
 poribus Iustiniani, quo combustum di-
 cit vestibulum Basilicæ, & Augustum,
 & tectum æreum Palatii Constantini
 Magni, quod ex eo tempore usque in
 hunc diem Chalca appellatur, quod te-
 quum esset tegulis æreis inaurans. Quam
 Cedri-

Cedrinus vocat Basilicam, Procopius de ædificiis Iustiniani appellat τὰ βασιλεῖα, cùm eodem incendio scribens ait combusta fuisse vestibula τὰ βασιλεῖα, & appellatam Chalcam. Idem de bello Persico tunc templum Sophiam, & balneum Zeuxippum, καὶ τὰ βασιλεῖα αὐλῆς, τὰ ἐκ τῶν οἰκουμενῶν, usque ad domum Martis. Idem paulò infra, Iussit Rex, inquit, Belisatum ad nuncupatam Chalcam, &c ad vestibule illuc sua ire. Ex quibus videtur Procopius distinguere Regiarum vestibulum à Chalca, cùm tamen priùs appellaverat Chalcam vestibulum Regiæ. Equidem arbitror primo Regis domum appellatam fuisse Basilicam: postea cùm etiam magna domus, ubi negotiatori versabantur, Basilicæ vocarentur, Βασιλεῖον appellatam fuisse Regis domum, deinde Palatum. Quòd si Basilica distinguebatur à regia domo, tamen illa, aut pars fuit Regiarum, aut vicina Regiis, ut percipitur ex antiqua descriptione, quæ in eadem regione Augustænum, & Basilicam ponit. Hæc cùm in commemoratione locorum hujus Regionis non meminit neque Palatii, neque Regiarum, sed duntaxat Basilicæ, declarare videtur Basilicam fuisse Palatum ipsum. Sed siue Basili-

Nica in Palatio , sive extra Palatium fuit , vicinam fuisse Palatio , incendia ostenderunt , cum ambo ob vicinitatem deflagtarint : & propinquam esse debuisse Foro , cui vicinas dixi Regias , ratio docet architectonica , præcipiens Basilicatum loca adiuncta Foris , quæ calidissimis partibus oportere constitui , ut per hyemam sine molestia tempestatum se conferte in eas negotiatores possint . A quâ non dissentit Iulius Pollio , prope Theatrum tradens Hippodromum , Stadia , Curiam , Forum , Regiam aulam , Regiam porticum , regium Tribunal , debere esse . Georgius Cedrinus tradit Chalcæ splendidam domum ædificasse Ætherium architectum , consilio sapiens Anastasii ; cui consentit Epigramma olim in ea inscriptum , quod Græcum addam , ut clarius intelligatur :

Εἰς οἶνον τὸν Ἐπιλεγόμενον
χωλῆη, σὸ τῷ παλαιῷ.

Οἶκος Αὐτοκράτορος τορυστοφόρος βασιλῆος,
Μῦρος ψευδέλλω παπυκαίροχοιτετε-
τ γαιης,

Θαῦμα

Θεῖον φέρων πάντας ἐπείχθσμένος
Ὥρις ἔργων

Τύψθη μέν, μῆκος τοι, καὶ αὐτόλεσθι εἴτε
φθορά οδόντες,

Δικαιοίς ἐφεύστας πέλασθεν ἔργων
ἐᾶσσαν. (πέχισε)

Αὖλα πολυμετόποιο λαζανόν πεισθέντες
Λιθέαλθο πολυτέλεις ἐμίλη τεχνήσαν
μερφῶν.

Αὔραίνω βασιλῆς Φέρων απέφεγεται
μέχθων.

Εἴθει ἀρχέρεσσον μέγεθος περὶ πατέ
πίλαινων

Δύσσανται τίκησε βοώμην θωματίζε
γαίης,

Εἴδον δρόσοίροις ξείσθεις Καπιτωλίδος
αὐλῆς.

Εἰ ξελκείαν ὄρόφων μαρμάρου γυμνή
πέμπεις,

Χρύψον ἀριστερή των μεταράστην σφράγι-
μδουν αὐλαῖς

Πέργαμος, Φαιδρὸν ἀγαλματίδες Γάγ-
φίτεον αὐλαῖς,

Μηδὲ ταυταπλάσιοις δρόποται Κύζι-
κε πέπεοις,

Αδριανῆ βασιλεῖος ἀμεριφέων πόλεων
απεισηγε.

Οὐ μοί Πυρεμίδαινον ἵκελην κατέστησε
Κολόσσα,

Οὐδὲ Φάρον μεγάλων μῆνος οὐδὲ
πατέρας αὔγαλων,
Αὐτὸς ἐμός σκηνῆσχος ἴσταιροφάσ
μετ' εἰκόνων,

Χρυσοφαές μέτελεοντεν διδέθλον ἡρε-
γγοείης,

Πάντη τετραπόρων ἀνέμων πεπίστη-
σμόνος αὔρας.

Historici quidam, sed recentes, tradunt
Constantinum Magnum primum ædi-
ficasse Palatum Chalcæ. Quibus non
credetem, nisi moveret verisimiliudi-
ne illa, qua existimo Constantinum ad
ornandam suam Novam Romam co-
natum fuisse æmulari tegulas illas æreas
inauratas Capitolinas antiquæ Romæ,
habentis etiam Forum teatum ære.
Quis verò, nisi incendio perierint, il-
las Palatii Byzantini tegulas abstulerit,
nondum legi. Capitolii Romani, scri-
bit Procopius, tegularum æreatum,
auratarumque partem dimidiata Gen-
sericum diripuisse: ut Constantinus ter-
tius Heraclii nepos, laminationes argenteas,
quibus

quibus Pantheon regebatur, sustulit. Prope latus adis Sophiaz vergens ad regionem cœli medium inter Meridiem & Occidentem, exiguo intervallo distantes à fitulis aqueductus prodeunt, ex castello posito in loco, ubi antea fuisse columnam Iustiniani in Foro Augusteo diximus, adhuc extant septem columnæ Corinthis, in quatum unius scapo nomen incisum est Constantini Magni, & ejus sigillum visum in cœlo cum inscriptione, εὐτύχεια. Eorum basi, & imus scapus terrâ obtuti sunt in altitudinem sex pedum: quod deprehendi, cum fortuitò incidit sem in fundamenta parietum, quæ tum ponebantur iater has columnas. Basis plinthum videre non potui terra obruum, sed tamen vidi torum-inferiorum, breto digitos crassum, septem altum. Basis præter plinthum alta est duos pedes, & dodrantem. Imi scapi calcaneum latum dodrantem. Unaquæque columna est alta triginta pedes, & sex digitos. Denique tota columna cum spica & capitulo, alta circiter quadraginta sex pedes & semipedem. Imi scapi, quem mensus sum supra calcaneum, perimeter est undeviginti pedum. Intercolumnia lata viginti pedes & decem digitos. Constantinopolitani

ajunt has columnas fuisse intra Palatium Constantini: alii dicunt sustinuisse pontem, quo ex Palacio iretur ad eadem Sophiam: quod utrumque falsum est, cum ex antedictis liqueat fuisse in Foro Augusteo. Itaque mihi potius videtur sustinuisse fornices porticum, in quibus statuæ Constantini Magni, & ejus mattis Helenæ, aliorumque statuæ fuerunt statuæ. Cum ex antedictis Aedium Regiarum excellentiam cognoscere possumus, tum ex Zosimo, qui tradit Constantinum Regias ædes Byzantii condidisse, non multò inferiores Romanis Palatiis; tum ex Eusebio, qui cum testatur, non modò cæteris ornamentis illustrasse Novam Romam & Palatum: sed etiam in Aedium Regiarum locis excellentibus, & in medio lacunatum inauratorum symbolum crucis ex variis & pretiosis compositum lapidibus, & multo auro ornatum inserendum curasse Constantimum, id existimantem sui tegni tutelam esse. Tum etiam ex Divo Hieronymo cognoscere possumus quanopere ornari Novam Romam Palatiis, Omnes illum, inquit, penè urbes nudasse, ut suam Novam Romam exornaret. Addit Eusebius, Constantinum Musas Heliçonides posuisse in Palacio. Sozomenus

nos scribit Constantini iussu omnia an-
 tiquorum templo & statuas, quæ esse
 sub imperio suo ablatas esse, lignas
 quidem tematas fuisse, æreas egregiè
 elaboratas, undique Constantinopolim
 transtulisse ad Vrbis ornamentum: quas
 sua ætate etiam extitisse dicit in viis, in
 Hippodromo, in Palatio. Neque solus
 Magnus Constantinus, sed plerique re-
 ges Constantinopolitani orbem spoliâ-
 ruit, ad Novam Römam otrandam: ex
 quibus unus fuit Constantinus tertius
 Heraclii nepos, qui ex antiqua Roma
 omnes statuas ex arte & marmore factas,
 omniaque templorum ornamenta præ-
 stantiora sustulit, navibusque ad id præ-
 paratis imposita asportavit: plusque se-
 ptem dierum spatio unus Vrbi detraxit,
 quam Barbari ducentorum quinquagin-
 ta annorum spatio: tot enim anni fae-
 runt à prima inclinatione Imperii ad fœ-
 dam illam deprædationem. Ioannades,
 non omnino malus author historiæ Ge-
 ticæ, tradit Theodicum Byzantium
 Præfectum, adoptatum, Consulemque
 factum fuisse ab Imperatore Zenone,
 atque equestri statua ornatum ante Pa-
 lacium colloqata. Tzetzes Variz Historiæ
 conscriptor tradit etiamnum sua
 ætate caput Apollinis, quem similem
 Soli Phidias fecit, in ipso Palatio exti-
 tisse.
 L , tisse.

tis. Suidas scribit Pulcheria^z Arcadi^z
 statuam posicam esse in Chalca,
 prope ambulationem Ariadne prim^z
 uxoris Zenonis; simulque ipius Zenon-
 nis statuas positas fuisse in regia porta
Chalcæ, itemque duas pedestres in bre-
 vicolumna extitisse cum elegiis Secun-
 di Philosophi. Historia ignobilis, sed
 nota Constantinopolitanis, addit in su-
 nistra parte Chalcæ Justinianum co-
 gnatorum suorum statuas septem lo-
 casse, alias ex æte, alias ex marmore,
 duos equos excitasse in fornice ante
 Chalcam, & capita inaurata mulierum.
 Gorgonæ speciem gerentium: aliasque
 addit, quas prætereo propter historiæ
 ignobilitatem. Suidas tradit in Tribu-
 nali Palatii statuas fuisse Eudoxiz^z, &
 Theodosii mariti, & Marciani, & Con-
 stantini, ubi saltationes duarum par-
 tium exerceri solebant, usque ad tem-
 pora Heraclii.

C A P. XIX.

De Basilica & regia ambulatione.

Basilicam, quam antè dixi vicinam
 fuisse Foro Augustæo, quatuor arcus
 habuisse Epigrammata designant in eis
 olim inscripta:

Eis

Εἰς τὸν αὐτοῦ διάδειν τὴν Βασιλείην τὸν Βυζαντῖον.

Τετραπόροις αὐτῶσι πόλεις Θεόδωρος ἐγέρεται

Αἴξιος ἐστὶ πόλεις καὶ πέτρας, μήποτε χαλκός.

Εἰς ἔτερον μέρος τῆς αὐτῆς αὐτοῦ διάδοσι.

Ἐπειπόντες σοι Θεόδωρος τύχης δίκαιοις οἱ ηγέτες

Ἐργά τοι γεγονότοις θαύματά τοισιν τούτους,

Διῆργαται κυδητέοις πορεῖν χρυσοπατίδες Ρώμη,

Η ὑπαίθρια τεῦχοι, καὶ τελεστήπαρτοις ἀρρεφοῖς.

Calliades Byzantini exercitus Imperator statuas Byzantis, & Phidaliz in Basilica posuit, cum hac inscriptione:

Τὸν κρεμερὸν Βύζαντα καὶ ἴμερτῶν Φιδαλδαῖον

Εἰς ἐτοι γεγονότοις αὐτοῖς Καλλιάδησον.

Eis

Εἰς Φιδάλειαν.

Ιμίρη Φιδάλεια, δέκαρε Βύζαντος
ἐπίχθιον.

Εἰμὶ δὲ Βυζάντειος δῶρος ἀεθλοσυγών.

Plinius inter artifices imaginum commemorat Anthernum Chium, ejusque filios Biopalum, & Anthernum. Dionysius Byzantius scribit Byzantem, à quo Byzantium nomen habet, sive
maritum Phidaliæ, à qua Portus Bospori appellatur Phidaliæ, de quo plenius scripsi in tractatione Bospori. Recentes scriptores, & Suidas Grammaticus dicunt in Basilica à tergo Miliarii aurei sive statuam inauratam viro similem, ubi etiam fuit exarmon Hetaclii Regii & Gonyclines Iustini tyran ni; illuc Terbelis concionatus est: in his etiam elephantus stabat maximus à Severo factus, ob hanc causam, quod ibi cum maneret elephantus cum multis custodibus, atque propè argentiarius artem factitaret staterarum: cuius dominus cum esset direpta, mortem argentiarius minicabatur custodi elephan ti, nisi elephantum contineret: quem minas suas contemnente, interfecit, proque pabulo ipsum elephanto objecit: quo facinore elephanti exacerba tur,

tus, interfecit argētarium. Severus id factum intelligens, elephanto sacrificavit, ibique elephantum, ejusque rectorem ex aere factos locavit, ubi etiam Suidas tradit fuisse Herculis statuam, quæ colebatur, eique multa sacrificia fiebant; eamque postea in Hippodromum traductam Iuliano Consule, ab antiqua Roma Byzantium unâ cum decem statuis deportatam partim vehiculo, partim navi: qui si ille est, quem ex Vngaria Abramus Bassa Byzantium vexerat, & collocaverat in Hippodromo, non minus mortuus, quam vivus orbem peraggravit. Suidas item tradit in Peripato regia equestris statuas fuisse positas Trajani, Theodosii, Valentiani, Gibbi, Fitmiliani ridiculi. Prætereo alias permultas non modo regum, sed etiam eunuchorum, inter quos excellēbat statua Eutropii, qui Arcadii cubiculo præfectus fuit. Cujus potentia ex statuis aureis ubique illi positis, & domibus totius urbis splendidiōribus ab eodem constructis illustrata incitavit eunuchorum nationem, eosque, ut quidam etiam prima lanagine vestiti ultro eunuchi fierent, spectantes se fore similes Eutropio. Ad eō vicina Basilica fuit Miliario & Augusto, ut Horologium quod Justinus fecit,

374 DE TOPOGRAPHIA
sit, Georgius Cedrinus ponat in Milio-
nio, alii in Foro Augusteo, alii in Ba-
silica, id quod declarat Epigramma:

Eis tūlī βάσιν Σωρολογίας Σ-
τή τῶν αὐτοῖς τῶν
βασιλικῶν.

Δῶρος Ιερούσαλημοφόνες βασ-
ιλίου,

Καὶ Σοφίης ἀλόχυ, φέγγος ἐλευ-
θερίας,

Ωρίαν σκοπίαζε σοφὸν σημαῖαν
χαλκοῦ,

Αὐτῆς εἰς μονάδος μέρης διαδι-
κούδος.

Οὐτανα συληφέστε δίκης θρόνον ἡμῖν.
χαλκοῦ

Εὑρίσκετε χρεσίν ἀδιψοδόντος.

C A P. XX.

De Biblioteca Basilica, & de regia
portico, & de Basilica cisterna.

DOMUS regia, inquit Zonaras, fuit
in nuncupata Basilica prope atra-
rias officinas. In qua libri extenuæ sa-
pientiæ, & generosioris doctrinæ divi-
niorisque multi scrabantur. Fuerat au-
tem

non hæc domus superioribus temporibus, disciplinis prætantibus præceptoris, quem Oeconomicum vocabant dominum. Is duodecim secum habebat [discipulos, aut hypodidascalos] habitantes, ratiocinationis eruditione summa præditos, quibus vietus ex publico præbebat. Hos adibant studiosi ratiocinatricis sapientiae; arque etiam reges in rebus agendis consiliarios adhibebant. Regnante Basilisco Constantinopolim incendium maximum affixit, ex officinis ærariis incipiens, quod devoravit officinas ipsas, earumque vicinitatem, in cineremque redegit platearum ædificia cum alia, tum Basilicam nuncupatam, in qua erat Bibliotheca sexies centena millia voluminum continens: inter illa erat draconis intestinum, longum centrum & viginti pedes, habens inscripta literis aureis Homeri poëmata, Iliadem & Odyssæam. Malchus Byzantius Sophista scripsit historiam ab imperio Constantini usque ad Anastasiū, in qua incendium Bibliothecæ publicæ, & statuarum Augustæ furi vehementer, & tragicè deplorat. De eadem Bibliotheca Georgius Cedrinus: Ad nuncupatam, inquit, Basilicam cisternam, Palatum dignitatis plenum fuit, in quo ex initio antiquo Oeconomicus præceptor

ceptor habitabat, habens duodecim discipulos, sermone, & vita graves, omnibus ratiocinatricis disciplinae scientes, cum celeritate & magnitudine naturae praeditos, tum maximè participes divinæ Philosophiaz: quorum sine sententiâ quidquam agere nefas videbant etiam Regibus ipsis. Incendium accidit Constantinopoli imperante Basilio, quod florentissimam urbis partem consumit, ex mediis ætatis officinis prodiens, ambas ipsis Porticus consumit, & omnem viciniam appellatam Basilicam, in qua erat Bibliotheca habens voluminum sexies centena millia, inter quæ erat intestinum draconis podium centum & viginti, in quo erant scripta Homerij poëmata, Ilias & Odysea literis aureis. Inerant etiam in hac Bibliotheca historiaz herouam res gestas continentibus, multis post seculis quam deflagravit hæc Bibliotheca sub Basilio, cum Leo Cōnon Rex Basiliæ eruditos in sententiam suæ hæresis trahere non posuit, combussit illos unum cum Basilicæ Palatio, & Bibliotheca, quæ pulchris libris post incendium ipsum ornata fuerat.

Basilicæ Romæ judiciis, consiliis, negotiationibus attributæ erant; Constantinopoli etiam Bibliothecis, & literis

CONSTANT. LIB. II. 177
rum Gymnasiis: id quod cum ex antedictis, tum ex Epigrammate in sequenti liquer:

Eis ἦ βασιλίκην τῷ παιδὶ δι-
περιεῖτο Βυζαντῖον, ἀδέσποτον.
Χῆρος ἐγὼ θεομφῖστην ἀνέμψος σύντα-
δε πηγὴ
·Αὐθόρος Λύστιον συκέχυστην
μέριμναν
Η πᾶσι τέταρτη μὲν ἀνάσος θεός τοι
Εἰδώλον ἀγενομήποις πάντα δι-
δώσεις.

Qualis fuerit locus ubi Bibliotheca con-
tinebatur, scriptores recentes tradunt
Octogonum fuisse, ubi essent porti-
cus concameratae, & locus, ubi Oecono-
micus præceptor cum suis assessori-
bus versaretur. Georgius Cedrinus, in-
cendio, quod editum est tempore Iu-
stiniiani, affirmat ædem magnam, &
Xenodochium Sampfonis, vestibulum
Basilicæ, Augustæum, Chalcam, por-
ticus utrasque, usque ad forum Con-
stantini, & Octogonum, & Thermae
Zeuxippi deflagrassæ: ex quo colligo
oponuisse esse duo Octogona inter se
propinquæ. Si enim Octogonum, quod
tradit Cedrinus, fuisse illud continens

Bibliothecam, non præteriisset Bibliothecam illam etiam deflagrante tempore Iustiniani.⁷ Ego potius existimо locum illum; ubi Bibliotheca fuit, tetragonum fuisse, aulamque illam esse, quam columnis in quadrum dispositis circumdatam esse tradit Procopius. Quænam fuerit Basilica continens Bibliothecam, Zonaras non explicat, sed duntaxat proximam dicit esse Chalco- pratiis, hoc est, officinis ætatiis. Cedrinus Basilicam vocat Cisternam, quam à magno Constantino conditam quosdam falso tradere arbitror ex Procopio scribente ad regiam porticum; ubi oratores, &c qui actiones informare solent, aulam esse maximam longitudine, & latitudine amplam, columnis in quadrum dispositis circumdatam, non in terreno solo, sed saxeо ædificatam, eamque Iustinianum Regem in magnam altitudinem effodisse ad conservandas aquas in æstatis tempus, quæ tubulis subterraneis ex aqueductibus hyeme impleta copiam aquatum indigentibus suppeditaret. Menander cognomine protector ait, primū sibi non placuisse subire certamen judiciorum, neque in regia portico versari, orationisque vehementia conciliare hominum mentes. Vtiani patione Syrum Agathius ri-

det.

det, artem medicam profitentem, sed
 • Aristotelicæ disciplinæ proorsus igna-
 rum, vociferantem tamen, & insolent-
 tem permulta se callere jactantem cum
 in aliis plerisque locis, tum maximè in
 Porticu Regia. Idem Agathius semet-
 ipsum profitetur in Porticibus Reglis
 libellos multos forensium causatum, &
 negotiorum plenos à matutino tempo-
 re ad occasum Solis contemplari. Ex
 quibus intelligere possumus Regiam
 Porticum, & Basilicam cisternam in eodem
 loco fuisse. Porticus regia non ex-
 tax; cisterna incolumis permanet: quæ
 cum negligentia civium ignoraretur, à
 me peregrino diligenter quaesita venit
 in cognitionem multorum. Cisternæ
 ignorantem auxerant superedificatæ
 domus, quarum nonnullos incolas de-
 prehendi ignorare cisternam infra ædes
 suas positam, cum tamen quotidie a-
 • quam hujus haustam puteis potarent in-
 tra ædes suas satis in cisternam penetrantibus. Denique incidi in domum, qua
 in hanc descensus patebat, scafam con-
 scendi, quam agens dominus domus fu-
 nalibus accensis hic illuc per medios
 ordines, velut per sylvam columnarum
 maxima ex parte demersarum aqua, ubi
 omnia perlustravi; ille ad capiendos pi-
 sces (quibus cisterna abundat) se con-

M 2 vertit,

verit̄ , nonnullosque tridente cepit ad lucem funalium : lux enim exigua appetet intromissa per ora puteorum , velut per spiracula , quo pisces etiam congregantur . Cisternæ longitudo est trecentorum & triginta sex pedum , latitudo centum octoginta duorum pedum , ejus ambitus ducentorum & viginti quatuor passuum Romanorum : camere & fornices lateritio opere , similiter parietes , constant , tectorio signino nihil vetustate offenso bene vestiti . Concameratio sustinetur trecentis triginta sex columnis marmoreis , inter se distantibus duodecim pedes , singulis altitudinem quadraginta dodrantem superantibus , in longitudinem dispositis per duodecim ordines ; in latitudinem vero per viginti octo ordines . Capitula eorum partim opere Corinthio laborata , partim illaborata . Supra singulorum capitulorum abacum lapis magnus , velut major alter abacus positus est , ad quem adiuntur quatuor arcus . Multi in eam penetrant putei , per quos ex cisterna hauritur aqua . Hyberno tempore impletur aqueductu . Vidi cum media hyeme impleretur , rivum e magno tubo salire in cisternam magno murmure , non cessantem etenus dum columnas omnes & media capitula obruiisset . Hanc à tem-

• ple

CONSTANT. LIB. II. 181
plo Sophiz versus occidentem asti-
vum distat circiter octoginta passus Ro-
manos.

C A P. XXI.

De Chalcopratibus.

Chalcopatria, quæ Latinè vertere pos-
sumus *Loca ubi araria opera exer-
centur*, fuisse prope Basilicam, ex ante-
dictis manifestum est. Georgius quidem
Cedrinus ait, Theodosium parvum ædi-
ficasse templum Chalcopratiorum, & de-
dicasse Virgini Mariæ: alii adjungunt,
Iudeos (qui à tempore Constantini Ma-
gni habuerant domicilium in Chalco-
pratiis) illinc expulisse parvum Theodo-
sium, templumque Deiparæ Virgini ibi
ædificasse: terræmotuque postea labefac-
tatum Iustinum Curopalaton reædifi-
casse, à quo dissentire videtur Zonaras:
Theodosio, inquit, Magno peregrè pro-
fecto in Occidentis regiones, Iudeos
Honoratum Constantinopoli præfe-
ctum, sibi conciliasse: sibique ab eo po-
testatem permissam construendi synago-
gam sumptuosam in Chalcopratibus: co-
que facta Vrbis populum indignatum,
synagogam combussisse. Theodosium
hujus incendii certiorem factum, mul-
tam interrogasse his, qui talia patrassent;

M. 3 facul-

facultatemque Iudeis dedit se redificandi synagogam: Ambrosium episcopum Mediolani id intelligentem, Theodosio demonstrasse, iniquum esse Iudeos in media Urbe regina urbium synagogam excitasse: Theodosium Ambrosii admonitu Byzantii remisisse multam; synagogamque Iudeos intra reginam urbium habere interdixisse. Nunc etiam officinæ illuc non sunt, translatæ in aliam Urbis partem, quas nonnulli mithi dixerunt aliquot ante annis fuisse prope ea loca, in qua diximus fuisse olim Chalcopratia. Ignotus scriptor, informans veteris Byzantii circumscriptiōnēm, designat non procul à Miliario fuisse Chalcopratia: Muri, inquit, Byzantii ascendebant in Chalcopratia usque ad Miliarium. Alii scribunt prope Sophiam illa fuisse. Ex antedictis vidimus Hippodromum, Curiam, Aulam, Regiam, Porticum Regiam, Basilicam fuisse vicina; eaque, ut antè dixi ratione architectonica. Strabo Regiæ Alexandrinæ partem, inquit, fuisse Musæum, quod porticum haberet, & Exedram, & maximam domum, in qua domicilium esset hominum in disciplinis versantium.

CAP. XXII.

De porticibus situ inter Palatium, & forum Constantini, & de domo appellata Lampiterum.

Præter Regiam Porticum, prope quam fuit Bibliotheca alias Porticus fuisse parum remotas à Portico Regia, pertinentes à Palatio usque ad Forum Constantini, incendia declarant. Primum, factum tempore Iustiniani. Procopius scribit Palatum ædem Sophiam combussisse, & utrasque Porticus Magnas, usque ad forum Constantini. Cedrinus idem incendium tradit consumpsisse Chalcam, Sophiam, Augustum, & Porticus duas, usque ad Forum Constantini. Deinde Basilisco imperante incendium exortum à Chalcopriatiis consumpsisse ambas porticus, & omnia ædificia vicina, & Basilicam, in qua erat Bibliotheca, & utrasque porticus medias inter Palatia: tum Lausi pulcherrima ornamenta. Hæc Porticus sæpè combustæ, sæpè restitutæ sunt, primum à Iustiniano, deinde ab aliis; postremò refectas puto à Domnino, recenti Historico tradente, cum Vrbs capta esset à Gallis & Venetis, Domini Porticus tectas, viam utrinque cingentes à Miliario ad Forum Constantini pertinentes, deflagrassæ.

Quidam traducat tempore Constantini Magni Eubulum quatuor Porticus duplices singulas condidisse à Palatio ad inutum urbis terrestrem pertinentes testudinatas: unas quidem perrexisse usque ad ædem Divi Antonii sitam in fine urbis; alteras verò à Daphne, & portu Sophiæ, usque ad templum nominatum Rabdon; alias duas à Chalca, & Miliario usque ad Forum Constantini, & Taurum, & Bovem æreum; stratae omnes marmoreis mensis, ornatae infinitis statuis. Hæc etsi ab ignotis scriptoribus traduntur (quos in permulta rebus aliis mendaces deprehendi,) tamen verisimilia videntur, cum ex gravibus scriptoribus constet omnes urbes spoliasset Constantinum, ut suam Novam Roman ornaret, cum ex antiqua regionum urbis descriptione manifestum sit, Constantinopolim habuisse publicas Porticus quinquaginta duas, quarum quinque ponit in Regione quarta, in qua diximus fuisse Basilicam, & Porticum regiam, & nuncupatam Fanionis: præterea Porticus magnas quatuor in Regione sexta, Porticum magnam utram à parte dextera Constantini usque ad Forum Theodosii. Additæ Regionem septimam continuis ex eiusdem porticibus: Octavam vero Porticum

C O N S T A N T. LIB. II. 189
om̄ sinistram habuisse Taurum usque;
præter hanc habuisse Porticūs majores
quinque : Nonam Porticus majores
duas : Decimam Porticus majores sex?
Undecimam Porticus majores quatuor.
Ex quibus verisimile est à Palatio Chal-
ce ad murum terrestrem Porticus fre-
quentes fuisse : at continuas aſſerere ne-
queo , niſi Taurum usque.

C A P. XXIII.

*De Miliario aureo , & ejus Statu ; de
Fortuna Vrbis , ejusque statua.*

Miliarium aureum fuit columna au-
rea , ex qua principium itineris ad
omnes portas erat . Plinius in capite
Romani Fori statutam fuisse ait : an ve-
rò miliarium Constantiopolitanum
simile fuerit miliario Romano , nullus
Græcorum scriptorum non modò non
declarat ; sed ne nomen quidem novit,
niſi mutilatum Million , in cuius testu-
dine statuarum positarum nonnulli me-
minerunt : verisimile tamen mihi vide-
tur Romano (simile ,) in similique loco
sum fuisse novæ Romæ , quæ , quan-
tum potuit , Romam antiquam emu-
labatur ; & autoritate probare possumus
in Foro fuisse , aut prope Forum . Anti-
qua enim regionum descriptio id ponit .

in regione Fori Augustæ, & Basiliæ,
quibus vicinum fuisse colligitur ex incen-
dio, quod regnante Iustiniano excitatæ
seditionem plebem Zonatas tradit apud
Miliarium, quo incendio Procopius o-
stendit Sophiæ ædem, & balneum Zeu-
xippum, & regiæ ædis vestibulum, &
porticus magnas usque ad Forum Con-
stantini (fuisse tactas absuntasve.) Qui
scribunt res gestas ab Alexio Comneno,
ajunt ex magno Palatio, illucescente
jam die, Alexii milites duce Sabatio pro-
fectos ingressos fuisse templum Ioannis
Theologi, atque cum ascendissent in
partem superam templi, effudisse voces
contumelizæ plenas; prælium circa ter-
tiam horam inchoatum fuisse, popu-
lumque in Foro frequentem læsisse, qui
pugnabant ex fornice Miliarii, & ex
æde divi Ioannis Theologi, quam Con-
stantinopolitani dicunt eam esse, ubi jam
leones Regis stabulantur, vicinam Hip-
podromi, & Foro Cupedini, sito
prope Sophiam, olim Augustæo appella-
to. Ex quibus apparet Miliarium pro-
xime Forum (fuisse.) Sed quid remoto-
ra repeto? cum proprius Suidas expli-
cket: In Basilica, inquit, à tergo Mi-
liarii statuam viri similitudinem geren-
tem auro ilitam, elephanticque, & ejus
curatoris statuas fuisse statuerat. Alii cla-
mantes

nius dicunt has statuas positas à tergo
Basilicæ, prope Miliarium. Tum Suidas
addit, in Miliario statuam Theodosii
fuisse; quam cum erigeret Theodosius,
multa frumenta largitus est. In statuam
Theodosii equestrem, nunc non extan-
tem, hi versus extant:

Ἐκθόρεις ἀνθελίητι φαστφόρῳ πλιος
αὐλος
Θεοδόσιος θραψίος πόλις μέσην, ἡπτά-
θυμε
Ωκεανὸν τοῦτον παντὸν ἔχω μετ' αὐ-
τούρονα γαῖαν,
Πάνθεον αὐγλήτος κεκρυθμέος, α-
γλαδὸν ἕπασιν
Ρητόντας μεταρθυμε, καὶ ἐστύρθον κρα-
τερύκαν.

Tum Suidas adjungit in Miliatio fuisse
statuas Sophiæ uxoris Iustini Thracis,
& Arabiæ filiæ hujus, & Helenæ neptis
ejusdem, tum Arcadii, & Theodosii
eius filii equestres statuas prope Theo-
dosii majoris statuam positas. Cedri-
nus scribit supra fornicem Miliarii ste-
sse duas statuas, unam Magni Con-
stantini, alteram Helenæ matris, ha-
bentes Crucem intermedium: ponè ip-
sas fuisse Trajanum equestrem, cique
pro-

propinquum Aelium Adrianum similiter equestrem Suidas dicit in fornice simili-
ter statuas Constantini & Helenæ , &
Crucem inter eas medium fuisse , hanc
inscriptionem habentem : *Vna sanda,
& duo celeres cursores.* Idem ponit in
fornice Fori Augustzi easdem statuas
Constantini , & Helenæ , & crucem ,
eandem inscriptionem gerentes : ex quo
intelligitur adeò vicina fuisse Forum , &
Miliarium , & Basilicam , ut non mo-
dò à diversis eadem ponantur in diversis
locis , sed etiam ab uno eodemque . Item
in Miliario Suidas pōbit currum qua-
tuor equis fulvis ductum ab antiquis
temporibus , duabus stelis sustentatum
in eo loco , ubi faustis exercitus acclama-
tionibus exceptus est Constantinus , post-
quam vicit Azotium : quoniam etiam
ibidem laudatus fuerat Byzas fundator
Byzantii . Deportatum autem currum à
Sole vestum in Hippodromum , feren-
tem statuam parvam à Constantino con-
fecitam . Hæc erat Fortuna Vrbis , que
maximis festis , & in Natali die Vrbis
ponebatur in Senatu , quoniam in ca-
pice suo Crucem gereret , quam Con-
stantinus scalpendam curaverat . Iulia-
nus Christianæ religionis desector ipsam
fossâ obruit in eo loco , ubi periit Arius ,
non longe à Senatu . Vbi etiam pius

Theo-

Theodosius Arii, Macedonii, Sabelii,
 Eunomii statuas marmoreas scalpendas
 curavit humi desidentes, ad notandam
 eorum perfidiam, ut à prætereuntibus
 stercore, & lotio, execratione conta-
 minarentur. Alii tradunt Vrbis Fortunæ
 statuam ex Roma à Magno Constantino
 vestam, & statutam fuisse in fornice
 Palatii. Zosimus tradit Constantinum
 Fortunam Romæ constituisse in parte
 unius porticus ex quatuor porticibus cir-
 cumdantibus maximum Forum. Veri-
 mile videtur Constantinopolitanos eam
 celebrasse festo die, ut in antiqua Roma
 celebrabatur, tam ab indigenis, quam ex-
 ternis in eodem die, & templo, in quibus
 olim Parilia huncupata celebrati solebāt.
Socrates narrat, ut Julianus cùm sacrifi-
 caret publicè Fortunæ Constantinopo-
 leos in Basilica, ubi Fortunæ collocata
 erat statua, Mares Chalcedonis episco-
 pus manu eò ductus (nam ob senectu-
 tem oculis laborabat) multis contumeliis
 Regem affecit, eum impium religio-
 nis Christianæ desertorem appellans. Iu-
 lianus contumelias verbis ulciscebatur,
 cæcum ipsum appellans. Dicebat, Num
Galilæus Deus tuus te curabit? Galilæum
 solebat Christum appellate. At Mares
 liberius Juliano respondit, Deo, inquit
 qui me excavayit, gratias ago, ne vi-
 deam

deam faciem tuam prolapsam in tantam
impietatem. Ad hæc nihil respondit Ia-
lianus. Zonaras, eoque antiquiores, hi-
storiis suis mandarunt, temporibus A-
nastasii Regis statuam Fortunæ, quæ ex
ære facta, muliebri specie alterum pedem
intra navem similiter ex ære factam ante
se stantem habèret, statuam fuisse in ali-
qua parte Vrbis: cùm autem hujus navis
ætæ simulacrum temporis vetustate la-
borasset, vel insidiis membra quædam
fracta, sublataque essent, accidisse, ut
naves onerariae Byzantium non appelle-
rentur, sed ubi prope Vrbem accessi-
sent, ventorum violentia ingredi portum
prohiberentur, ac si naves longæ multis
remis actæ onera illarum in Vrbem ad-
veherent, tamen citò ob penuriam con-
sumebantur. Hoc cùm aliquandiu vi-
guisset, curatoribus reipublicæ maximæ
curæ fuit inquirere causam. Denique
cùm venisset in suspicionem causa hujus
facinoris, & nunciata esset iis, qui cu-
ram Vrbis gererent, tum hi fragmenta
illius ætæ navis diligenter inquisita in-
venierunt, illique testituerunt & accom-
modarunt, navigatioque aperta fuit & li-
bera, & mare plenum navium in Vrbem
adnavigantium: atque ut exactè nosce-
rent, an causa fuisse navis Fortunæ
fragmentum, cur naves non applicaien-
tur,

tur, sustulerunt rursus partes illas navis æræ, tum quæcunque naves in urbem adnavigarent, ventorum vi iterum retrocesserunt. Inde pro re firma habuerunt, ex eo, quod navis hæc ærea fracta esset, naves onerarias prohibitas fuisse adnavigare in Vrbem. Itaque navem illam curæ habuisse, eamque renovasse. Eunapius Sardianus in volumine, quod scripsit de Vitis Philosophorum & Sophistarum, tradit populum Byzantium imperante Constantino aliter interpretatum fuisse difficultatem navigandi Byzantium. Contigit, inquit, si tui Byzantii adnavigationem in urbem Byzantium incommodam esse, nisi ventus notis solidas spiret. Hoc cum sspè accidisset, populus fame pressus convenit in Theatrum incitatus in Constantium. Praefecti aulæ regiae invidentes Sopatru Philosopho detulerunt Constantino. Sopatrus, quem in honore habes, ventos alligavit excessu Sophiarum, quam etiam ipse laudas, & in regis theatron sedere facis. His auditis Constantinus persuasus, Sopatrum securi fieri jussit.

De templo Neptuni, & de ade Mi-
na, & de Stadii & scala
Timasi.

Cognitio templi Minæ , ideo mihi
videtur prætereunda non esse , quo-
niam ostendit in qua parte Vrbis regio
quarta fuerit , continens Basilicam , Au-
gustum, ædem divi Minæ. Historia in-
certi authoris tradit in Acropoli olim
templum Neptuni prope mare Byzantem
excitatæ, ubi ait suo tempore fuisse tem-
plum Minæ martyris : alio loco idem
inconstantiter dicit templum Minæ fuisse
olim Iovis , ex eoque habuisse marmo-
reos fornices sustentatos duabus magnis
columnis. Itaque ex hujus inconstantia
nihil aliud assequi possum, nisi mihi re-
tisimilius videtur templum Minæ in his
partibus Acropoleos , in quibus olim
fuit templum Neptuni , cum ex Diony-
sio Byzantio antiquissimo scriptore tra-
dente paulò supra promontorium Bospo-
rium fuisse egressoriarum Minervæ aram, &
templum Neptuni; & sub templo Neptu-
ni , intra muros fuisse Stadiæ & Gymna-
sia , ut planius demonstravi in Bospore;
tum assequor ex hominum memoria vi-
ventium; asserentium intra claustra regia,
olim Acropolim appellata , fuisse nobile

tem-

CONSTANT. LIB. II. 19;
templum divi Minæ; Antiqua descri-
ptio regionum Vrbis in regione Minæ
prodit fuisse scalam Timasi & stadia.
Procopius, Ad locum, inquit, mari vi-
cinum Stadium nuncupatum, ex eo,
quod ibi olim certamina quædam ex-
ercentur, Justinianus Rex & Theo-
dora Regina hospitia maxima ædificá-
runt.

C A P. XXV.

De Lauso nuncupato, & de ejus statu;
Veneris Cnidie, Iunonis Samiae, Mi-
nerva Lindie, Cupidini alati, Iovis
Olympii, Saturni, Monocerotum, Tri-
gridum, Vulturum, Cameloparda-
lium: & de Xenodochi cisterna, nun-
cupata Thiloxeno, de Chrysotrichinid.

Lausus celebris est locus Vrbis scriptis
per multorum: quorum aliqui scri-
bunt domum fuisse Patricii Lausi ap-
pellati, qui multos magistratus gessit
regnante Arcadio filio Theodosii Ma-
gni, domumque insignibus monumen-
tis ornasse. Heraclidæ episcopi Cappa-
dociæ ad Lausum præpositum liber ex-
tat, inscriptus Lausaicus. In qua autem
parte urbis Lausus fuerit, non hi decla-
rant: sed fuisse inter Palatum & Con-
stantini Forum a se qui possumus ex in-

N

cen-

cendio, quo Zonaras & Cedrinus dicunt temporibus Leonis Imperatoris deflagrasse ædificia ex latere Vrbis vergente ad Septentrionem, à Bosporo portu usque ad templum divi Ioannis Calybitæ, ex latere meridiano à templo divi Thomæ Apostoli ad ædem Sergiū & Bacchi. In medio vero Vrbis, à Lauso usque ad Taurum, Euagrius describens idem incendium, eo loco, quo alii dicunt in media Urbe illud incendium extitisse à Lauso usque ad Taurum, ipse dicit à Foro Constantini ad Taurum: quo percipitur Lausus vicus fuisse Foro Constantini. Sed versus Orientem, & inter Palatium, & Forum Constantini, patet ex incendio, quo Cedrinus regnante Basilisco testatur deflagrasse florentissimam partem Vrbis Chalcoptaria, utrasque Porticus, & continentia omnia ædificia, & nuncupatam Basilicam, in qua Bibliothecam illam insignem antè dixi, & pulcherrima Lausi ornamenta usque ad Forum Constantini: multæ enim statuæ in Lauso erant, inter quas Cedrinus excelluisse tradit statuam Lindiac Minervæ, longam quatuor cubitos, ex lapide smaragdo factam, opus Scyllidis, & Dipœni statuariorum, quam olim Sesostris Aegypti Rex dono misit sapienti Cleo-

Cleobulo Lindio tyranno, à qua fortasse Laousus locus appellatus est. Nam nomen Minervæ Laosso. Theophrastus tradit Aegyptiorum Commentariis reperiri, Regi eorum à Rege Babylonio missum smaragdum munere quatuor cubitorum longitudine, & trium latitudine. Si Sesostris Rex & Dipœnus & Scyllis eodem tempore fuissent, existimare legendum in Codice Pliniano smaragdum Minervæ: at Dipœnus, & Scyllis in marmore sculpendo primi omnium clauerunt, geniti in Creta Insula, etiamnam Medis imperantibus priusquam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter quinquagesima. Simulachra perfecerunt Apollinis, Diana, Herculis, Minervæ, quod ex cœlo postea tactum est. Dipœni quidem Ambratiam, Argon, Cleonem, operibus refertas fuisse tradit Plinius, at non meminit Minervæ Lindiæ. Præterea adjungit Cedrinus in Laouso statutam fuisse Venerem Cnidiam, omnium mortalium scriptis celebratam, ex marmore albo factam, nudam, manu tegentem solam corporis verecundam illam partem, Praxitelis opus; & Samiam Iunonem opus Lysippi, & Bupali Chii, & Cupidinem alatum, sagittas habentem ex Myndo allatum, &

Phidix elephantinum Iovem, quem Pe-
ticles posuit in templo Olympio; & Sa-
turni existimatam statuam capitis posti-
cam partem calvam habentem, anti-
cam vero comatam, opus Lysippi; &
Monocerotes, & Tygrides, & Camelop-
ardales, & Taurelephantos, & Vul-
tures. In Codice Cedrini legitur Tau-
relephas; rectius legeretur Taurelaphos,
id quod colligo ex Cosma Indopleute
antiquo & nobili scriptore, qui ponit
Taurelaphos, id est, ταυρος cervinos. Hi-
storia patti nuncupata incerti authoris
ait etiam in Lauso fuisse suo tempore
Aquilas lapideas; cui eatenus credo, qua-
dicit sua etiam ætate fuisse: sed qua a-
quillas, dubitare potius possim, sint ne
illæ Aquilæ, quos Vultures appellant
Cedrinus, quam pleraque ab eo tradita
longè minus convenientia. Cedrinus
scribit in partibus Laousi fuisse ædifica-
varia, & Xenodochia quædam, ubi es-
set illa celebrata Philoxenos, quæ ho-
spitaliter suppeditabat aquam: quidam
declarant Philoxenon cisternam fuisse
conditam à Philoxeno: eam ipse existi-
mo, quam Heraclium terra obruiisse,
positam inter Triclinium & Lausia-
cum, scribit Menander nominatus Pro-
tector, tradens Macedonium Regem
plerasque cisternas purgatis, quas terra
obrue-

obruerat Heraclius Rex: quod si etiam purgavit illam positam inter Latusiacum & Triclinium, illa esse videtur, quæ in Abrami domus parte subterranea vergenre ad Septentrionem visitur, cuius concameratio quadringentis & viginti quatuor columnis marmoreis sustinetur duplicatis, nempe ducentis & duodecim, supra se ducentas & duodecim columnas habentibus, quarum unam mensus sum, cui reliquas similes puto, & deprehendi perimetrum sex pedum & dodrantis esse. Altera cisterna est juxta latus ejusdem domus vergens ad Occasum, cuius fornices sustinentur triginta duabus columnis Corinthiis, in quatuor ordines dispositis, singulos constantes octo columnis, quarum scapi in ambitu continent duodecim dodantes. Iam vero Triclinium, inter quod & Laousum diximus sitam esse Philoxenon cisternam: arbitror esse, quod Zonaras scribit Iustinianum tertium ædificasse in regiis ædibus, idque à suo nomine Iustinianum appellasse. Tiberium Regem Cedrinus addit Chrysotriclinium à Iustiniano tertio conditum ornatus reddidisse. Chrysotriclinii porta occidentalis illa fuit, cuius meminit Leo quintus, cum prædicto Andronico tyrannidem meditanti per portam Chrysotri-

sotriclinii occidentalem Andronici caput in Hippodromo absindendum ad se allatum iri. Chrysotriclinii crebra est mentio etiam apud scriptores, qui scripserunt paulò ante, quām Constantiopolis caperetur, tumque omnes cives Chrysotriclinii noverant nomen & locum, nunc nemo est, qui sciatur, aut scire cureret: ac potius negligat, & contemnat, ut cætera omnia, quæ pertinent ad disciplinas.

LIBER TERTIVS.

CAPUT I.

De locis regionis quinta, & secundi collii, de Navalib, & portu nuncupato Bosphorio, & de Strategio, & foro Theodosiaco.

Regionem quintam fuisse in collis secundi latero convergente ad septentriones, & in planicie attingente ejus radices, à dorso Promontorii, pariter, & conjugata cum quarta regione descendenter ad suaum Cornu nuncupatum, non percepissim ex antiqua Regionum Vrbis descriptione, quamvis tradente non modicam partem suam in obliquioribus

bus positam locis planicie excipiente productam fuisse. Nam ea descriptio aliis etiam Regionibus Vrbis convenit, neque ex ejus ædificiis cognovissim, quæ traduntur in ipsa contenta fuisse, quorum nulla neque vestigia extant, neque hominum memoria. Sed ex portu Phosphorio, sive Bosporio nuncupato, atquæ ex scala Chalcedonensi mihi aliquæ affulsi, quæ nomen non habet, ~~nam~~, quod sita sit in ea Vrbis parte, quæ vergit ad Chalcedonem & ortum Solis: non enim eò vergit, sed ad septentriones. Sic Bosporius portus non à Bosphoro freto, sed à consuetudine depravata Byzantiorum ipsum Bosporium vocantium immutatione litteræ, cum debuissent eum appellare Phosphorium, Stephani & Eustachii testimonio, qui tradunt Phosphorium fuisse portum Byzantii, ex eo nomen adeptum, quod Philippo Macedone Byzantium obsidente, occultum ingressum cum milites effodissent, unde occultè ingressuti etant in urbem, Hecate Phosphorus præsens lumen nocte cibis attulerit, insidiasque detexerit. Itaque obsidione liberati Phosphorium locum illum nominarunt; sed ut lucem afferunt, cur Bosporius & Phosphorius idem portus vocetur, ita non declarant:

200 DE TOPOGRAPHIA

situs ne hic esset in parte Vrbis vergente ad Meridiem , an ad Septentriones , an ad Orientem : sed ex scala Chalcedonensi , quam Regionum descriptio ponit in regione Bosporiani portus , existimare possumus fuisse in Septentrionalibus Vrbis , non Orientalibus portibus , quamvis sitis contra Chalcedonem . Nam fluxus rapidus Bospori Freti navigationem à Chalcedone ad partes Constantiopolos Orientales & Troadianas difficultem præbet , ad Septentrionales vero per facilem , ut planè intelligunt , qui rapiditatem Bospori noverunt , & viderunt eos , qui exercent navigationem inter Chalcedonem & Byzantium , applicare naves ad septentrionales Vrbis partes , vel ab illis solvere . Adde huc antiquam Regionum descriptionem , qua contra Chalcedonem nullam scalam ponit , ac si poneret , ejus mentionem faceret in prima , aut secunda Regionibus adversis Chalcedoni & Orienti , aut in tertia Regione exposita Meridiei , in qua Portum Novum positum ante diximus . Sed quid longa ratiocinazione opus est , cùm nominatim , & breviter testimonia ex scriptorum monumentis proferte possumus , ex quibus plane perspicuit portum Bosporium , & scalam Chalcedensem esse non modo in parte Vrbis

CONSTANT. LIB. III. 201
bis septentrionali, sed etiam in quo se-
ptentrio loco : è quibus primū pre-
fero Dionysium Byzantium, qui statim
extra murum Byzantii antiqui ponit
templum Telluris supra Sinum Bospo-
ri, & paulò supra ipsum templo paria
Cereris & Proserpinæ, quametsi Phœ-
phorion non nominat, sed duntaxat
τελείω, id est, virginem (sic enim Pro-
serpina interdum nominatur) tamen il-
lam intelligere possumus ex loci situ
Hecaten fuisse, cuius tripedem Cedri-
nos ponit in Strategio, ubi verisimile
videtur ex Dionysii Byzantii descriptio-
ne templum fuisse Proserpinæ, aut non
longè ab Strategio. Sed clarius scribit
Evagrius, cum ait regnante Leone in
parte Vrbis vergente ad boream, in qua
esset Neoria urbis, incendium extitisse,
quod à Bosporio portu grassatum est
usque ad antiquum Apollinis templum;
in parte vero meridiana à portu Iuliani
ad templum Omonoæ, id est, Concor-
diaz; in parte Vrbis media à Foro Con-
stantini usque ad Taurum. Zonaras hoc
incendium ait à mare septentrionali ad
mare meridianum Vrbem intercepisse,
in longitudinem quidem à Bosporio
ad templum divi Ioannis Calybitæ;
ex Meridie à templo divi Thomæ Apo-
stoli, ad templum Sergii & Bacchi, in
N 5 media

media Vrbe à Lauso ad Taurum. Georgius Cedrinus tradit id incendium ortum à Neorio, hoc est, à Navalí, perrexisse usque ad ædēm Ioannis Calybitæ : ex quibus cognosco Neorium & Bosporum vicina fuisse, quanquam ab antiqua Regionum descriptione Bosporius portus in quinta Regione, & Neorium in sexta ponantur. Nam cùm hæc utraque Règio simul conjuncta à collis dorso ad mare descendat, nihil impedit, quin vicinus fuerit portus Bosporius Neorio; quod in qua Byzantii parte fuerit, aperte designat Zosimus jam Historicus antiquus, describens antiquum Byzantium, quod dicit fuisse in colle situm, occupans partem Isthmi, quem efficit Propontis, & finis Ceras nuncupatus; Byzantiique munrum addit per collem demissum fuisse à parte occidentali usque ad templum Veneris, & maris positi contra Chrysopolim; à parte boreali pari modo descendisse usque ad portum, quem vocant Neorion, quod prope portam, quam Græci appellant Otiam, corrupè quasi Neorii portam, aut non longè ab ea fuisse existimo. Hodie inter mare & portam Otiam, quam Turci appellant Siphont, (Tiphout,) id est, Iudeorum eam accolentium, spatiū la-

latum velut Forum maritimum , cui
adjunctam videre licet Scalae Chalce-
donensem , sive Scutaricam , qua quo-
tidie trajectus fit in Scutarium , aut
Scutaricum , olim Chrysopolim nun-
cupatum Emporium , & portum Chal-
cedonensem. Scalæ Chalcedonensi vi-
cinus est trajectus in Galatam , olim
Sycenus appellatus , quem antiqua de-
scriptio vicinum ponit Neorio & Bos-
porio , quorum situs paululum immu-
tatus est , ut horreorum ibi olim sito-
rum , nunc in aliud locum traducto-
rum , sive ob Regis claustrum longius
promotarum , sive quia primum Neo-
rium manufactum esset : deinde terra
obrutum fuerit. Non enim eod tempo-
re cum Philippus cuniculos egit veri-
simile est portum fuisse , quem postea
Byzantii Phosphorion appellant: nam
impeditus fuisset scaturigine aquarum,
sed deinde locum appellatum Phospha-
tum portum manufactum fuisse , et
quidam tradunt de Neorio , quod di-
cunt clausum à Constante , in eoque
fuisse forum rerum maritimorum , de-
inde regnante Iustino translatum fuisse
in portum Iuliani : alii scribunt Leon-
tium Imperatorem , qui regnavit post
Iustinum , purgasse portum Neorium :
alii addunt in lacu Neorii Boyem se-
rem

204 DE TOPOGRAPHIA
zum statutum fuisse ingentem , Bovi
æreo in undecima Regione sita simi-
lem , quem recentes scriptores tradunt
semel in anno mugite , tuncque Verbi
accidere detrimenta : quod commenti-
tum puto & subreptum ex Callimacho
& Pindaro , scribentibus Rhodium mon-
tem esse nomine Atabyrium , haben-
tem æreos boves qui mugitum emis-
sere solebant impendente Rhodo ca-
lamitate . Ex quibus liquet Neonium
fuisse manufactum ; quod nunc non
extat . Iam igitur Bosporiano Portu ,
& Scala Chalcedonensi cognitis , co-
gnoscimus quintam Regionem fuisse in
collis secundi latere , atque in subiecta
sub ipsum planicie ibidemque fuisse ther-
mas Honorianas , Prytanum , thermas
Eudoxianas , horrea Valentiniana , ho-
reua Constantiaca , Thebæum Obelis-
cum , portum Bosporianum , scalam
Chalcedonensem , cisternam Theodo-
siacam , Strategium , in quo fuit Forum
Theodosiacum . Qui describunt andi-
qui Byzantii ambitum , dicunt ejus mu-
ros incepisse ab Acropoli , & petrexisse
ad Eugenii turrim , inde ascendisse us-
que ad Strategium , & Achillis bâneum ,
cujus meminit Iustinianus in suis con-
stitutionibus de aquæductibus , cum in-
quit : Plumbas fistulas ducentes aquam
ad

CONSTANT. LIB. III. 205
ad thermas , quæ Achilleæ nominan-
tur , quas providentia tua magnificen-
tia factas fuisse cognovimus , eandem
formam servare censemus , quam Theodo-
sius & Valentinianus constituerunt ,
item memoratas . fistulas thermis tan-
tum , & Nymphæis , quibus eminentia
tua deputaverit , volumus in avire fa-
cilitate præbenda tuæ sublimitatis ap-
paritoribas circumaeundi sine formidi-
ne domos , & suburbana balnea , ad in-
quirendum ne qua deceptio , vel sup-
pressio sit contra publicam utilitatem .
Initio dixi ex Socratis historia , Con-
stantinum Magnum Constantinopo-
lii secundam Romanam habendam esse
lege sanxisse , quæ in columna incisa
publica est , quam in nuncupato Stra-
tegio statuit prope suam statuam eque-
stre . Ex antiqua Regionum descrip-
tione Vrbis triplex Forum à Theo-
dosio nominatura reperio : primum
in Quinta Regione Theodosiacum no-
minatum , quod fuisse in Strategio
dixi ; alterum in Sexta Regione , quod
Theodosii appellat ; tertium in Duode-
cima , quod Theodosiacum nominat .
Duo hæc postrema terum venalium
fuisse infrà monstrabo , primum Præ-
torium Forum conjicere possumus ex
ipsa Regionum descriptione , tradente
id

206 DE TOPOGRAPHIA
id fuisse in Strategio, quod Latini Prætorium appellant, quod postea etiam à Græcis appellatum est Prætorium, ob diversa Fora. Mihi verisimilius videatur, quām cetero sciam, an hoc Theodosiacum Forum sit illud magnum Prætorium, quod pulchritus effectum à Iustino Iuge & Domnini operâ incelligetur ex versibus Pauli Silentiarii, quos subjungam, ut clarius liqueat Prætorium Græcis usitatum fuisse, ut alia plenaque Latina:

Παύλος Σιλενίαριος τὸ μέγας
πραιτώριον καλλιστάνει.

Κόρμῳ Ι' χεῖν Θεού βαζειλίδις ρυπάνω γένεται,
κραδυρας,

Καὶ τὰ μέγιστα Δίκης πρύγλασσεν
περδίη.

Σοῖς δὲ πόνοις Δομῆτις κρατηφέα νύκτα
διάκεις

Εὐθέμειδης μεταίριος, εἰς βιοτῆς
μειράπτων.

CAP.

C A P. II.

*De Regione Sexta, & de reliqui adi-
ciis antiquis secundi collis.*

Regionem Sextam fuisse in parte Ve-
bis septentrionali, potius quam me-
ridiana, non novissim ex columna
Constantini in hunc diem extantie, ne-
que ex Constantini Foro, neque ex an-
tiqua descriptione, quamvis tradente
Columnam Purpuream Constantini,
quamvis describente Regionem Sextam
brevi peractam planicie, reliquam in-
devexo constitisse: nisi addidisset à Fo-
ro Constantini Scalam usque, sive Tra-
jectum usque Sycenum porrectam fuisse.
Sycenus Trajectus appellatus fuit à Sy-
ca olim nominata, quæ nunc Galata,
sive Pera appellatur, ut pleniùs decla-
rabo in Regione Decimateria. Sex-
tam Regionem conjunctam fuisse cum
Quinta paulò ante significavi ex vici-
nitate Neorii, Scalæque Chalcedonen-
sis, & trajectus Syceni, & Bosporiani
portus. Cognita igitur Syca, assequor
juxta planicem maritimam subjectam
sub secundi collis radices fuisse Neo-
rium, trajectumque Sycenum situm
fuisse, ubi hodie trajectus est Galatinus,
columnamque purpuream nunc extan-
tem esse illam, quam antiqua descriptio
in

208 DE TOPOGRAPHIA
in Sexta regione tradit fuisse: sed quām
prope columnam, & Forum Constan-
tini Senatus fuerit, ex Sextæ Regionis
descriptione, quamvis Senatum con-
tinente, intelligere non possum. Ve-
rū paulò infà ex aliis scriptoribus
Senatum ostendam fuisse in Fori Con-
stantiniani parte vergente ad boream.
Denique Regionem hanc partim fuisse
in secundi collis dorso, in quo Co-
lumna Purpurea hodie visitur, & Fo-
rum Gallinarium, quod nunc Tuisci
appellant [Taubas, Taonck basar]
officinæque telas tingentium, & domus
Ænobarbi præfecti Classi Tauricæ, &
templum Alibassæ, partim in secunda
valle, ejusque latere dextro, partim in
planicie littorali subjecta sub hanc val-
lem, & radices secundi collis, quæ à fre-
quentissimis habitantibus Iudeis.

C A P . III.

De Columna Purpurea, & Foro Con- stantini, & Palladio.

Qui à Magno Constantino res ge-
stas conscriperunt, tradunt illum
Columnam Porphygeticam cyclotetrem,
hoc est, ceretem, & circulis lautea-
tis cinctam (quam Regionum Vrbis de-
scriptio appellat Purpuream) ab Ur-
be

CONSTANT. LIB. III. 209
be Roma, ut fama est, adveftam, statuisse in Foro nuncupato Placoto, ex eo, quod planis & latis lapidibus, quos Graeci placas appellant, conformatum eſſet, & ſimul ſupra hanc Columnam collocatice ſtatua ex arte factam admirabilem, ſive propter artem, ſive ob prægrandem magnitudinem. Antiquo enim opere, ſummoque artificio perfecta erat, ut ſpitarē videretur, quam dicunt olim, Apollinis Iliaci fuiffē imaginem, eamque divinum Imperatorem ſuo nomini dedicatice, ejusque capiti nonnullos clavos eorum imposuit, qui corpus Domini affixiſſent salutari Crucī, atqui in hac ſtatuā ſcalpenda cūrtaſſe hæc verba.

Σὺ Κύρε, κόσμος κοίρανθος δε-
αρότης,

Σοὶ τοῦ φρονήσα τὸν δὲ φωδέλων
πόλιν,

Καὶ σκηπίζει τὰ δὲ, καὶ τὸ τέ P' α-
μης κράτος.

Φύλαττε ταύτων, σῶζετος ἐπά-
σης βλάβης.

Cedrius adjungit ſab Columnam duodecimi cophinos illos literis factis illuſtres ſubjeciſſe. Hæc Columna Porphyretica non gradibus petvia eſt, ſed

O

ſoli-

96 De TOPOGRAPHY
tem humanum caput. Hæc quæ
tequam Byzantium Severus
erant in primo colle & valle p
quæm Constantinus reædifica
vam Romanam Constantinopolit
eavit, divisæque est in quatuor
giones, primus collis obtinuit
regionem, continentem Pla
num Augustæ, domum no
Marinæ, thermas Arcadianas.
quidem divisio tradit hæc, sec
cet à qua Vrbis parte incipiat
gio; neque nunc ex vestigiis ædi
in ea comprehensis, quæ nulli
cognosci potest: sed ex Proco
gere possumus, tradente, nav
ex Propontide ad partem Vrbis
tem ad Solis ortum, thermas
blicas, quæ Arcadianæ nominantur
ubi ait Justinianum aulam cor
Vrbi prætensam, marique quæ
cumfusam, ut in hac inambulare
navigantibus colloqui possent
propinquitatem: Aulam aspectu
cheritum habuisse, amoenissim
cui affarent molles auræ, orna
que essent columnæ, & marmo
ganissima, quibus omne solum
geretur, quorum splendor candid
acque, ut Sol fulgeret. Præterea e
malle permultis statuis æneis, atq

solida. Itaque falso tradit Fulvius anti-
quarius cochlidem esse. Zonaras scribit
etiamnum in suam zetatem statuam
Constantini extitisse supra columnam,
regnanteque Alexio Comneno verso
tempore, cum alia per multa cecidisse
vento vehementissimo perflante, cum
Constantini Magni statuam supra Co-
lumnam Porphyreticam collocatam de-
tractam, & pessundatam, diffractam
que in multa frustra multis obvios in-
termissit. Scriptor rerum gestarum ab
Alexio Comneno addit fulmine non
modo statuam dirutam, sed etiam tres
zonas columnarum dejectas fuisse. quan-
nam haec zonae fuerint, intelligitur ex
his, quae mox adjungam. Nec quidem
Columna etiam nunc extat in calamine
secundi collis, aliquantum quidem di-
minuta, non tam vetustate, quae ve-
stissima est, quam incendiis & terri-
motibus ventorum turbinibus: non
enim iam habet ullam statuam; imo
etiam tribus zonis, sive spondylis su-
premis, sive circulis (ob quos Histicid
cyclotrem columnam hanc dicunt
quasi circulis distinctam,) privata fuit
turbo ventorum temporibus Alexii
Comneni; locoque spondylorum aucta
fuit accessione structuræ superædificaz
æcetis, ejusdem crassitudinis, & aqua-
lis.

listo quo scapo, cuius supra excelsum stylobatem marmoreum quadratum quoquo versus latum undecim pedes & dodrantem, altum duodeviginti pedes statuta est spira Dorica marmoris porphyretici constans plintho, toro inferiore & superiore, & intermedia scena: supra spiram scapus Columnæ, perimetrum habens pedum circiter triginta trium strigilis: non enim ex uno lapide scapus constat, sed ex octo lapidibus velut spondylis, quorum singuli una corona, seu zona, seu toro, seu modo laureato cinguntur juxta commissuram lapidum, quæ nulla apparebat cum integraverat, testa nodis eminentibus: ita enim modi intexti latinis foliis & baccis singuli sculpti in summa parte singulorum lapidum, seu spondylorum eminebant expressi sunt, ut commissura videri nequiret: ac si nulla ex parte laesa esset, uno ex lapide facta videtur non modo vulgo, sed etiam quibusdam Historicis, qui falso prodiderunt eam Columnam ex uno lapide factam esse, atque adeò irrident eos, qui non credunt esse unius lapidis, ut idiotas deceptos zonis æreis, quibus tum cingebatur & spondylis ornatus causa, ut ipsi ajunt, additis. Nunc zonæ æreas non habet; sed aliquot fer-

teos circulos astringentes Columnam
partim incendiis corruptam. Loco zo-
narum dejectatum turbine ventorum
superædificatus est spondylus ex mul-
tis lapidibus, in quo summo est Graeca
inscriptio nomen Regis illius consi-
uens, qui post casum statuæ Constan-
tinianæ supremum spondylum struc-
tem superimposuit. Hujus Columnæ si-
militudinem gerebant columnæ, quas
describit Athenæus in hanc sententiam:
In Ægypto excitatas fuisse columnas te-
retes, & rotundas, variis spondylis
constantes, aliis nigtis, aliis albis, al-
ternatim sitis, earumque capitula si-
militer rotunda extitisse, quæ ambit
sculptura universa similis rosis pauku-
lum apertis: calathum nuncupatum
non elices (quemadmodum in Graeca-
nicis operibus) neque folia aspera cir-
cundant, sed lotorum, & palmarum
secenter natarum fructus, atque inter-
dum plurimorum florum genera scal-
pta sunt: hoc verò sub radice cibo-
rium, quod eminet supra spondylum
ad commissuram capituli floribus &
foliis distinctum similem dispositionem
habet. Ita Ægyptii columnas confi-
ciunt, partetisque albis, & nigtis late-
ribus alternatim sitis construunt. Hanc
Athenæi rationem adhuc Ægyptios
Syfos,

Syros, Persas servare vidi, parietes alternis ordinibus colorum constringentes, divites quidem, lapidibus, aut latericulis naturaliter vatiis; mediocres arte & pictura variatis. Has zonas dicunt quidam scalptas fuisse ad praefagiendam bonam præsignificationem annorum Constantini, seu victoriarum multitudinem. Evidem ipse potius arbitror esse designatrices coronarum laureatum, quibus Apollo delectatur; hancque columnam antiquam Colossi Apollinis sustinuisse statuam, quam Constantinus, Apollinisque statuam sibi attribuit, sive semper victori, sive quod Apolline delectaretur, ut cum cæterorum statuas deorum everteret, Delphici Apollinis statuam, & tripodem in Hippodromo stauerit: id quod significat Rhetor ille Belga, qui dixit Panegyricum Constantino, cum inquit, ubi Constantine detlexisset ad Apollinis templum toto orbe pulcherrimum, vidisti credo, Apollinem tuum coronas tibi offerentem, quæ tricenum singulæ ferunt omnia annorum: hic est humanarum numerus æstatum, quæ tibi unique debent ultra Pyliam senectutem, & imò, quod credo, vidisti, tene que in illius specie recognovisti, cui totius mundi segnum deberi vacum carmine

na cecinerunt. Quod ego nunc demum
 arbitror contigisse, cum tu sis, ut ille
 juvenis & laetus, & salutifer, & pul-
 cherrimus Imperator. Si Turcus, quem
 apposueram, ut consensu basi metie-
 tur, quæ ipse designaveram, & præsens
 dissimulanter respiciebam rectè peri-
 cam tenuit, qua metiebatur, spondy-
 lum imum deprehendi ex nota pericæ,
 quam ille inciderat spondylum akum
 esse novem pedes & quatuor digitos,
 tori verò latitudinem sesquipedalem,
 ejusque expressionem extra spondulum
 projectam esse sex digitos: torum voco
 ejus calcaneum. Itaque singuli lapides,
 quos spondylos nominavi, alii decem
 pedes & dodrantem. Est igitur altitudo
 octo spondylorum circiter octoginta
 sex pedum & dodrantis: adde super-
 structum spondylum, cum Abaco; ad-
 de spiram, & stylobatem, & gradus
 quatuor sub stylobatem subiectos mar-
 moreos, quorum imus altus à terra pe-
 dem & sex digitos, secundus tantum
 deinde, tertius sesquipedem, quartus tan-
 tum deinde. Hujus Columnæ, seu potius
 Colossi, cum sustineret ingentem illam
 statuam Constantini, locus, quo no-
 mine appellaretur olim, ex antè scri-
 ptis nondum planè cognosci potest,
 nam Piacorum Forum, in quo Zonaras
 &

& alii recentes Historici docent sitam illam fuisse, cum non meminere Procopius, neque quisquam illorum temporum, dubitabam primum non esset Forum Constantini, et si mihi verisimile videbatur Constantinum suam Columnam staruisse in suo Foro, ut Trajanus suam Cochlidem statuerat in Foro sui nominis. Sed quam mox Socrates dismissionum Christianarum historicus me admonuit Forum Placotum esse Forum Constantini, tradens Atrium cum prope Forum Constantini, in quo Columna purpurea locata esset, accessisset, vehementi alvi dejectione petuisse: sed clarius liquet Placotam fuisse, quod olim appellaretur Forum Constantini, ex Palladio Minervæ, quod Zonaras tradit à Troja Constantinum transtulisse in Forum Lacotum (Placotum;) Procopius in Forum Constantini: Malerverti, inquit, ferunt Diomedem convenisse Æneam ex Ilio venientem, eique ex divino responso dedisse simulacrum Minervæ, quod ipse quondam Ulysses auxiliante ab Troja abstulisset, cum ambo ad explorandum eò profecti fissent, quam à Græcis Ilium caperetur. Præterea huc adjungunt, Diomediæ grotanti, & sciscitanti de ægritudinis eventu, prædictum fuisse ex oraculo,

non prius illum à morbo liberatum iri, quām viro Trojano id simulacrum tradidisset. Vbi tamen illud esset, Romani se scire negant, imaginem ducataxat ex lapide sculptam monstrant, quæ in hoc tempus in templo Fortunæ ante Minervæ statuam collocata est, in ea quidem templi parte, quæ spectat ad Orientem. Illa quidem imago, quam dixi ex lapide sculptam, getit præliaantis similitudinem, vibrantisque velut in acie hastam, habens vestem oblongam, cujus facies non similis est simulacro Minervæ, quale insculpitur à Græcis, sed ab Ægyptiis. Byzantini asserunt Constantinum in Foro sui nōmīnis hauc statuam posuisse sub terra defossam: ex quibus Zonaræ & Procopii verbis paret Forum Placotum & Constantinianum Forum idem esse. Cujus quidem cognitio non negligenda, sine qua Urbis Regiones quatuor, Urbisqne incendia perspicue cognosci non possunt: nam Tertia continet Tribunal Fori Constantini: Sexta à Foro Constantini usque ad Scalam Sycenam porrigitur, coatinens Columnam Constantini: Septima à parte dextra Columnæ Constantini usque ad Forum Theodosii continuis extenditur porticibus: Octava, coatiset partem Fori Constantini. Incendia ex-

citata

icata sub Iustiniano & Basilisco , usque
id Forum Constantini graftata sunt ;
ub Leone à Eoro Constantini usque
id Taurum incendio ædificia confla-
zgarunt . Iam verò memor quorun-
dam curiosorum , quibus à me ali-
quando percontantibus , unde Con-
stantinus Palladium illud adeptus fuis-
set , respondi mihi dubium videri . Nam
quòd Zonaras tradit à Troja , quo-
modo potuit tot ante seculis deleto
Illo , ut etiam Strabo ipse sedem mul-
tis cartis investigare conetur ? Quid
quòd sublatum à Diomede & Ulysse ?
nam ab antiqua Roma tollere qui po-
tuit toties inconsa ? præsertim Roma-
nis ipsis ignorantibus , ut ait Proco-
pius , ubi illud esset . Scriptores tamen
Latini tradunt à Diomede datum Æ-
neæ , servatum fuisse Lavinii , postea
translatum Romam asservatum fuisse
in æde Vespæ . At Græci aliter tradunt ,
inter quos Pausanias tempore Adria-
ni scribit in arce Minervæ illud fuisse
Athenis omnium sanctissimum , quod
jam inde ab initio de communi omnium
curiarum consilio dedicatum esset in
Acropoli delapsum de cœlo . Quale au-
tem id fuerit , ligneum ne , an æneum ,
signum an scutum , controversum est .
Quidam scribunt fuisse scutum , ut Ro-

mæ ancilia: aliter sentiunt Dion & Di-
dorus , qui scribunt fuisse signum E-
gneum & tricubitale , cœlo lapsum in
Pessinante urbe Phrygiæ , dextera te-
nens hastam , læva colum & fusum:
verisimilius est fuisse simulacrum ex
nomine Palladis , cuius statua ubican-
que fuerit , appellatur Palladium. Pro-
copius testatur statuam Minervæ , quam
Romani demonstrant in æde Minervæ ,
non esse qualem Græci scalpunt : illam
enim dicit lapidem esse gerentem ima-
ginem præliantis , & hastam vibrantis
sed & etiam Græci dicunt ejus statuam
hastam tenere , ob robur similiter &
clypeum ; ex eo , quòd sapientia omnes
insidias repellit : galeatam esse , pro-
pterea quòd sapientiæ fastigium est in-
visibile : oleam gerere , quæ est materia
lucis : & Gorgonem in pectore habere,
ob mentis celeritatem. Minerva in sua
Ægide habuit ad pectus pictam Noctuā ,
& Gorgonem : Noctuam quidem pro-
funditatem indicans consiliorum : omne
enim tenebrosum prudentia intelligit ,
& absconditum. Sed plura de Palladio
quam necesse sit præsenti instituto dixi ,
idque fortasse ut Palladii notas velut
tesseram darem , admoneremque eos ,
qui post me inter Barbaros peregrinari
volent , primum accedant Constantinopoli .

nopolim , Palladiumque à Constantino
sub terra defossum effodiant , ut eo ar-
mati infidias , atrumnas , incredibilia
discrimina repellere queant. Quod ipse
oblitus effodere , necumque ferre , in-
cidi in omnia pericula : quo si munitus
fuissem , ut cæteras infidias evitassem ,
ita admissus fuissem in arcem Minervæ ,
à qua me Turci rejecerunt , cum diu
versatus essem Athenis , cupiens propriè
spectare templum Minervæ , etiam nunc
extans Dorico opere confectum , peti-
stylio circumdatum quadraginta octo
columnarum. Sed extra jocum , Mi-
nervâ illâ divinitus de cœlo delapsâ ,
qua exsistimatur Sapientia patris , prot-
sus non carui , qua me non modò in
sua æde Sophia nuncupata semel peri-
clitantem , sed sçpissimè procul apud
barbaras gentes abjectum , funditus per-
ditum excitavit , erexit , recreavit.

C A P . IV.

*De Senatu & Nymphaeo , statu Fors
Constantini , Philadelphia , Musæo , de
Labaro & Saparis , de morte Arii , &
de templi Telluris , Cereris , Persepho-
ne , Iunonis , Plutonii .*

A ntiqua descriptio in eadem Regio-
ne ponit Columnam purpuream ,
Senat-

Senatum, atque in Quinta Nymphaeum.
Quam autem haec ipsa propinqua inter
se sita essent, non explicat; sed proxi-
ma inter se illa fuisse non aliunde co-
gnoscere potui, quam ex incendio ex-
citato regnante Leone Verinae marito,
quo deflagrassae Zonaras & Cedrius
narrant, in Fori Constantiniani parte
ad boream vergente domum maximam
nuncupatam Senatum, æneis statuis,
& lapidibus porphyreticis ornatam, in
qua fuit porta Diana Ephesiæ, Trajani
donum, de manubiosis Scytharum conti-
nens Gigantum pugnas; Iovis fulmi-
na, Neptunum cum tridente, Apollinem
cum sagittis, in parte portæ infera
Gigantes in dracones imperium facien-
tes, manibus glebas jactantes, oculis
truculentis suspicientes. In hanc domum
Senatus, principesque cives convenien-
tes consilia capiebant; dabantque; at-
que eandem Rex ipse adibat, cum ve-
stem consularem capiebat. Opus præ-
clarum & persplendidum. Tum eodem
incendio iidem illi testantur consum-
ptam fuisse alteram domum sicutam è
regione Senatus, appellatam Nym-
phaeum, ex eo, quod in ea domo nu-
ptias hi celebrarent, qui domos non
haberent capaces multitudinis. Idem
dicunt etiam in hujus Fori parte occi-
den-

dentali statuam fuisse Minervæ Lindæ , quæ gerebat galeam , habebatque Gorgonium monstrum , & collum circumplexarum serpentibus : sic enim Minervæ simulactum antiqui consignant . Fuisse etiam in parte Fori orientali Cedrinus tradit Amphitriten , unam ex Sirenibus , habentem forcipes cancri in capitis temporibus . Ignotus scriptor asserit in eadem parte Fori Sirenas fuisse , quas quidam appellarent equos marininos : earum treis etiam sua ætate extitisse ad divi Mamantis locum suburbanum . In Fori Constantiniani parte vergente ad boream fuisse Crucem illam pergrandem à Constantino excitatem supra columnam excelsam , quam viderat in cœlo , cum omnes testantur , cum Eusebius , etsi nominatum non dicit in Foro , tamen in media Urbe regia cum illum excitasse testatur [in] Roma antiqua , par est cum eam etiam in media nova Roma eandem constituisse , cum idem testetur in omnibus regiis ædibus , atque aliis insignibus locis Constantino- poleos ipsam statuisse , qualis viderat in cœlo : in cuius symbolum Sozomenus Salaminius scribit Constantinum transmutasse nuncupatum à Romanis Labarum insigne bellicum omnium honorarium , quod Regem antcedere .
et

222 DE TOPOGRAPHIA
& à militibus adorandum esse lege san-
cillum erat: quod Romani imperii si-
gnum nobilissimum Constantiū arbitror præcipue in Christi signum com-
mutasse, ut consueto aspectu & cultu de-
suescerent à ritibus patriis subditi, de quo
Prudentius:

*Christus purpureum, gemmanti tex-
tus in auro,*

*Signabat Labarum, clypeorum in-
signia Christus*

*Scipserat: ardebat summis Crux at-
dita cristi.*

Quod Eusebius æquali temporum Con-
stantini testatur se suis oculis vidisse in
hanc formam confectum: Procerū, in-
quit, hasta cornu habebat transversam
in crucis formam facta, in cuius supre-
ma parte corona ex lapidibus pretiosis,
auroque affabré facta erat, in qua salu-
taris nominis nota Christi nomen du-
bus primis literis designabat, quas coro-
nae circulus complectebatur, in quo
medio p, litera designabat figuram il-
lam, quæ Chiasmos Græcè appella-
tur: ex cornu transverso quod secabat
hastam, velum appensum erat. Ex qua
quidem Eusebii descriptione quid sit
Labarum intelligere licet: quid Sypa-
rum (quod Labari pagnum esse, quam
Eusebius dicit velum appensum ex cor-

Crucis transverso) ex Tertulliano colligere licet, qui longè ante Eusebium & Constantium Labarum expressis Crucis similitudinem gerere in hanc sententiam: Qui Crucis nos religiosos putat, consacraneus noster erit, cum lignum aliquod propitiatur, viderit habitus, cum materiæ qualitas sive eadem, viderit forma, dum ipsum Dei corpus sit, & tamen quanto distinguitur à Crucis stipite Pallas Attica, & Ceres farrea, quæ sine effigie rudi palo, & informi ligno praestat. Pars Crucis est omne rotatur, quod erecta statione defigitur. Nos sic fortè integrum, & totum Deo colimus. Sed & Victorias adoratis, cum in trophyis Crucis intestina sint trophysum. Religio Romanorum tota castrensis, signa veneratur, signa jurat, omnibus præponit: omnes illi imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt: Sypara illa vexillorum, & Labarorum, stolæ Crucium sunt. Laudatio diligentiam, noluntis nudas & incultas Cruces consecrare. Arnobius siue Minutius Felix eadem tradit: Cruces, inquit, nec colimus, nec optamus: vos planè, qui ligheos deos consecratis, Cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes forsitan adoratis: nam & signa ipsa & Labara vexilla castrorum, quid aliud,

aliud, quam inauratae Cruces sunt, & ornatae? Trophæa vestra victoria non tantum simplicis Crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur. Ex quibus patet Sypara esse vela, quæ appensa erant ex Labaris, hoc est, ex insignibus militaribus & trophæis, quæ insculpta Romæ in fornicibus Imperatorum etiam Labara appellare possumus, & vexilla insculpta cum alibi, tum in Cochlide Trajani quadrata, ut navium vela, Sypara appellare possumus. Denique omnia insignia Romanæ militæ, omniaque trophæa, quæ sculpta Romæ videntur, Crucis similitudinem gerunt. Seneca significat Sypara, sive Supara esse velum insigne navium Alexandrinarum, quibus solis licebat Suparum intendere, quod in alto non omnes naves habent. Lucanus Supara vélorum dixit, alias Suparum, sive Syparum vestimentum puellarum est lincum, de quo Afranius:

Puerilla non sum, si Suparo inducta non sum.

Prætereo quòd ad hoc institutum non pertinet Festum & Donatum scribentes Syparium scenicum esse velum, quo Mimi Scenicique artifices utebantur ad scenam velandam, quod populo obstebat, & hæc Syparia pro auleis zetas pastæ.

posterior usurpavit , de quo intellexit
Satyricus Poëta :

*Consumptus opibus , vogem Damasip-
pe locasti*

Syphax.

Apuleius ait , Auleo subducto , & complicitis Sypatiis scena disponitur . Seneca nuncupat verba , & cothurno , & Sypatiis fortiora , quæ grandia sunt , & supra sublimitatem tragicam extolluntur . Vnde nos etiam appellare possumus Sypara crucium & velorum ob eorum excelsam sublimitatem . Iure quispiam me jam dicet egredi paulò longius extra institutum ; fateor . Sed quid faciam , nisi paululum respirem , tamen in tantas angustias ruinatum novaz Romæ ? Ex qua etiam cum floret , cives liberi cælum suspicere non poterant ob illius angustias . Ego vero peregrinus quid videre possum , ubi nemmo indigena quicquam mihi monstrare potuit . Itaque vel argumenti exilitate augenda , vel spirandi causa respondeo his , qui Crucem in cœlo visam à Constantino , putant à monachis introductam . Nullum miraculum extare mihi videtur in monumentis literarum pluribus testimoniis probatum oculatis , quod Eusebius illorum temporum æqualis tradit non modo vi-

sum à Constantino, sed etiam à toto exercitu in ipsa die media; quod non modò Christiani homines illius ætatis, sed etiam dubii (quamvis Crucem detestarentur) professi sunt. Tanta fuit hujus rei fama, ut Romani testentur in arcu triumphali (quem Constantino dedicarunt) instinctu divinitatis viciisse Maxentium, et si modò Maxentiani, & parum religioni Christianæ conciliati; adeò ut in arcu Constantini non immutarent in eam Crucis figuram, in quam immutaverat Constantinus: sed talia insculpanda curarent, qualia Trajanus, Severus, reliquique Imperatores gestasse videntur ex antiquis monumentis etiamnum Romæ extantibus. Nazarium Christianum fuisse, ex ejus filia Euphemia, virginе Christiana, suspicor magis, quam ex Panegyrico perspicio, quem dixit Constantino, ubi ait: In ore omnium Galliarum visos esse, qui se divinitus missos præse ferrent, & quamvis cœlestia sub oculis hominum venire non soleant, quod crassam & caligantem aciem simplex, & inconcreta substantia naturæ tenuis eludat illi tamen, inquit, auxiliatores tui, aspici, videtique patientes, ubi meritum tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt. Sed quæ nam illa

illa fuisse dicitur species ? qui vigor corporis, quæ amplitudo membrorum ? quæ alacritas voluntatum ? flagrabant yetendum nescio quid, umbone corusci , & cœlestium armorum lux terribilis ardebat : tales enim venerant, ut tui credentur. Hæc ipsorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant : Constantimum petimus, Constantino imus auxilio. Habent profectò & divina jactantiam , & cœlestia quoque tangit ambitio : illi cœlo lapsi , illi divinitus missi , gloriabantur , quod tibi militabant. Omixto cætera pleraque. Quidam scribunt locum, in quo erexit hanc grandem Crucem supra columnam auratam fuisse in Philadelphia , collegio eorum , qui Musis staderent , quod fuisse prope Columnam purpuream , ostendit Epigramma id inscriptum :

Ἐν τῷ πορφυρῷ Κίονι εἰς
τὸ Φιλαδέλφιον.

Εὔστος μὴ βασιλεῖς Μετόλιτοι, ἔργα
· βασιλεῖς

Δημόσια· οὐεταρίω πεάρματα πί-
τινέχι.

Μυστῶν Ράμη σῇ ἵχαεισαν, κὺ βα-
σιλῆς

Εἰνάρια θεωρήσεις σύντος ἔργων
δόμων.

Et Aliud:

Τημένω μητροπόλεωις πόλεως γαρ επίλ-
πίδεια κυρεῖν,

Οὐαλα ἢ ταῦς δημιουρῶν, γενίγκα-
τοῖς ἀγαθοῖς.

Et Aliud:

Ταῦται λόγοις ἀνθίηται εἶναι Μυσ-
λικούς εργασ.

Πιστόνται καθετερᾶς ὡς θεός εἴτε λό-
γος.

Iulianus præfectorus Vrbis ante Musarum
domum Anastasiū statuam auream po-
suit, nobilitatem versibus geminis, qui-
bus et si ingeniosis, & cultis, tamen
in qua parte Vrbis illa domus fuerit, non
intelligitur. Cūm Manucli Regi denun-
tiatum esset in Fori Constantini pat-
te occidentali supra fornicem, jam in-
de ab antiquis temporibus stare mulie-
bres statuas ex ære factas, unam Ro-
mæam, alteram Vngaram, aë Romæ-
nam à sua base excedentem propen-
dere: Vngaram stare rectam in sua se-
de, Regem ea denuntiatione perme-
tum, misisse fabros, qui erigerent Ro-
mæam, & demolirentur Vngaram: exi-
stiman-

stimantem statuarum mutatione Romæas res mutari extollique. In eodem foto cùm aliotum insignium virorum statuæ erant, tum Longini Præfæcti urbis, in quem Arabius Scholasticus inscripsit hos versus :

Νεῖλος, Πιρεσίς, Ιερά, Σόλυμφι, Δύ-

ζις, Αρμόδις, Ινδος,

Καὶ Κόλχοι, σκοπίλων ἐγύνθι Καυ-

κασίλων,

Καὶ πεδίας γένοιται πολυπατερέων Αγα-

ρίων,

Λογήνης ταῖχον, μάρτυρες εἰσὶ πο-

ραγοι.

Ως δὲ ταχὺς βασιλῆς Διοκλέρος ἦν

οὐδείς αὐτοῦ

Καὶ ταχὺς ἐρπάλων ὥπασι καλό-

μάρπαλων.

Prætereo Themistium Philosophum (quem Constantinopoli præfecerat Valentinianus & Valens suis scriptis nobiliorem, quam statua ulla, Vrbisque præfectura) prope forum Constantini. Socrates narrat Atrium illum Arianae sectæ principem petuisse. Arius, inquit, cùm esset "Constantinum Magnum allocutus, ex aula regia egressus, stipatus Eusebii sa-

330 DE TOPOGRAPHIA

tellibus, per medium urbem circumspetatus incedebat: postquam prope Forum Constantini venisset, ubi purpurea Columna extat, me tu quodam conscientia animi sui sic perterrefactus est, ut valde alyi defectione commoveretur: ac cum petcuntatus esset, ubinam propè secessus esset, didicissetque ponè Forum Constantini secessum, eo accessit animi defectio hominem urget, ac simul cum vehementi alvi dejectione intestinum excidit, & sanguinis copia sequitur, & simul cum sanguine tenuia intestina, & jecur, & lien: ibique subita morte periit. Socrates adjungit hunc secessum sua ætate monstrari ponè Forum Constantini, & macelli in porticu: jam verò eorum, quæ traduntur fuisse in Foro Constantini, excepta porphyretica Columna nihil extat: ne Forum quidem, nempe totum exædificatum, adeò ut Columnæ porphyreticæ adstructum sit Xenodochium, & prope ædes religiosis Mametanæ ab Alibassa ædificata. Cuius vestibulum benè amplum marmoreum sex columnis luculentis ornatum est, quatuor quidem marmoris albè, duabus verò Thebaici, quarum imus scapus habet perimetrum septem pedum & quatuor digitorum: quæ cùm benè proceræ sunt, tamen habent binas bases,

CONSTANT. LIB. III. 231
bases , inferiorem marmoream , supe-
riorem æteam , ut habete solent pleræ-
que Turcorum , qui hoc didicerunt (ut
pleræque) à Græcis solitis columnas au-
gere spiris æreis. Prope hanc ædem via
duntaxat intermedia Schola est profi-
tentium Mametanam theologiam , ubi
est atrium quadratum circumdateum
porticu sustentata duodeviginti colu-
mnis , partim viridibus , partim albis.
Paulò infra Alibassæ ædem est akera
ædes religionis Turcicæ , posita in su-
percilio vallis secundæ , quæ vestibulum
marmoreum habet sex columnis ni-
tens , quarum duo sunt marmoris py-
ropæcili , duæ albi , undis glaucis va-
rii , duæ marmoris misti obscure viren-
tis , & maculis albis distincti. Ex his ,
quæ antè scripsi fuisse in secundo colle ,
explorata est pars Regionis Tertiæ , in
qua Tribunal Fori Constantini consiste-
bat , & tota ferè Regio Quinta & Sex-
ta. Præterea in secundi collis partim cli-
vis , partim in planicie littorali sub ip-
sum subiecta , Dionysius Byzantius po-
nit ædes Telluris , Cereris , Proserpinæ ,
Iunonis , Plutonis , Tellusis quidem su-
pra sinum extra moenia antiqui Byzan-
tii templum non tectum (designans an-
tiquæ Telluris vim liberam) clausum
parietibus lapide expolito constructis.

Supra Telluris templum ait fuisse Ceteris, & Proserpinæ templa paria, in eis que picturas copiosas, prioris seculi insignes reliquias, statuasque exactæ apud non inferiores, summa arte elaboratas: ad exitum sive abscessum manus fuisse duo templæ Iunonis, & Plutonis; eorumque nihil superfuisse sua ætate, nisi nomina, Iunonis quidem Persas combussisse in expeditione Darii contra Scythas ulciscentis ea, quæ Byzantini accusabantur in Regem moli-
ti esse; Philippum verò Macedonem cùm Byzantium ob sideret, materia-
que egeret, Plutonis templum everti-
ſe: sed hominum memoriam cogno-
mina illorum retinuisse. Hoc enim Plu-
tonis Acras, illud Heræam Acras,
id est, Iunoniam appellatam esse; ibi-
que juvenes quæ tannis hostias ma-
sse anno desinente & incipiente. Has
Acras fuisse in clivis secundi collis po-
tius, quam in planicie littorali sub
ipsum subiecta, verisimilius videtur ei,
qui vidit hanc maritimam planitatem,
in qua nulla Acta est, itaque cùm Dio-
nysius ait Pluroni & Iunonis Acras
esse ἡγετὲ δῶνος τὸ θελατήν, has
Acras fuisse in parte collis attingente
mare, cum forte tum portus clausi, &
navalia manufacta in planicie mariti-
ma

ma attingerent collis radices , portusque cornua efficerent Acras . Aut si aliter res habet , Acræ interpretandæ sunt oræ maritimæ . Sed de his copiosius in ita-
stitione Bospori .

C A P . V.

De Septima Regione.

ANequam venissem in rem præsen-
tem , facile existimabam me perce-
perum hucum Septimæ Regionis ex an-
tiqua Regionum descriptione , quæ di-
cit eam in comparatione superioris pla-
niorem , quamvis &c ipsam circa lateris
sui extremitatem abire in mare declivio-
rem . Quis ex his eam agnoscet , cùm
aliae Regiones Vrbis abeant in mare
decliviores circa sui lateris extremita-
tem ? Nam quod addit hanc à parte
dextra Columnæ Constantini usque ad
Forum Theodosii continuis extensam
porcibus , & de latere alio quoque pari
ratione porrectis usque ad mare velut
scipsum inclinare , & ita deduci , habe-
re autem Ecclesias tres : Hirensem , Ana-
stasiæ , & sancti Pauli , Columnam
Theodosii intrinsecus usque ad summi-
tatem gradibus perviam , partemque ejus-
dem fori : quod cùm neque extet , neque
ejus memoriam reuineant nostri zatis ,

homines, in quo loco fuerit, neque ultra, quæ traduntur fuisse in hac Regione, supersint; mihi primum videbatur dubium, quæ pars Columnæ esset dextra: à quo quidem dubio non me liberabat Titus Livius, scribens Romulum regiones ab Oriente ad Occasum determinasse dextras; ad Meridiem, partesque ad Septentriones, lavyas: nam eo modo vergeret hæc regio ad Meridiem, cùm ramen postea sim demonstratus verge-re ad Septentrionem. Neque Geographi me expediebant, qui septentrionalem plagam respicientes, ubi altitudinem poli quaerunt, orientalem partem habent dextram. Varro Astrologorum Orizontem distinguentium rationem securus nonnihil lucis mihi afferebat, cùm definit par-tes cœli quatuor: sinistram ab Oriente, dextram ab Occasu; anticam ad Meridiem, posticam ad Septentrionem. Hac Varronis divisione iudicabam Septimam Regionem esse ad occasum Columnæ, sed certus non eram, an Romuli cœli divisionem, an Astrologorum sequeretur antiqua descriptio. Itaque ad-huc hæsitabam, quoad tandem magna inquisitione deprehendi ubi fuisset Theodosii columnæ, & vestigia quædam tem-plerum Anastasiæ & Hiræ: ex qui-bus cognovi Septimam Regionem ver-gere.

gere à summo dorso promontorii ad Simum ; clariusque antiquam descriptio- nem potuisse loqui , si ita descripsisset ab Oriente ad Occasum pergenti à par- te dextera , Septimam Regionem à Co- lumna Constantini usque ad Forum Theodosii coatinuis extensam esse por- ticibus. Hæc Regio continebat loca ubi hodie maximum totius urbis Forum, quod Turci *Bezesten* appellant , ubi o- mnia pretiosa à mercatoribus vendi so- lita aſſervantur , ut temporibus regum Christianorum in domo Lampterum. Hanc alibi , quām ubi hodie est Forum Turtcorum , conjicio ex incendio inci- tato ex Miliario aureo sub Rege Iusti- niano , quo Cedrinus tradit conflagrassè magnam partem urbis , & magnam fa- cram azdem , ejusque Carthophylacium , & duas porticus usque ad Forum Con- stantini , adque Octogonon , & Severi balneum appellatum Zeuxippum , simul- que insignem domum appellatam Lam- pterum , à luminibus vespertino tem- pore lucere solitis , rectum ligneum ha- bentem , in qua mercatorum facultates aſſervabantur , ut serica & auro con- texta , aliaque pretiosa : denique omnia pulchra urbis ornamenta eo incendio exarserunt , quæ reliqua superfluerant ex priore illo magno incendio. Potuisse red-

236 DE TOPOGRAPHIA
reddere Lampteras, Latinè Lucanas, ni-
si nomina propria traduci non debere
existimarem, nisi Titus Livius Lam-
ptera usurpasset. In sinu, inquit, maris
intimo posita Vrbs Phocæa est, oblonga
forma duūm millium & quingento-
rum passuum spatium, murus amplecti-
tur totidem ex utraque parte in arctiore
velut cuneum, Lamptera ipsi appellant:
mille & ducentos passus ibi latitudo pa-
tet; inde in altum lingua mille passuum
excurrens medium ferè finum velat no-
ta distinguit: Vrbs cohæret fauibus
angustis, duos in utramque regionem
versos portus suffissimos habet, qui in
Meridiem vergit Naustathmos ab te
appellatus, quia ingentem vim navium
capit, alter prope ipsum Lamptera est.
Vnde verò mihi proximum videtur
Massilienses Phocensium colonos ap-
pellasse Lamptera stagnum in ora Pro-
vinciæ Narbonensis situm, quod La-
ternam vocat Plinianus Codex in la-
cem editus.

CAP.

C A P. V.

De TAURO, & FORO THEODOFISI, & COLUMNA COCHLIDE THEODOFISI; & de TETRAPYLO, & PYRAMIDE VENTORUM, de STANIS ARCADII & HONORII; de templis HIRENA & ANASTASIA, & de SCIRONIUS PETRIS.

Cum existimat me non planè asequi posse Septimam Regionem, neque Taurum, (qui ut cognosci non potest, nisi cognita Theodosii Cohlida Columna, ita sine Tauro non cognoscitur Octava Regio;) magno studio investigavi illorum vestigia: cumque diu ubi Columna fuisset Theodosii, intrusus usque ad summitatem pervia investigasse, tandem à paucis accepi, iisque senibus, sicam fuisse in supercilio dorsi continentis planitiem jugalem tertii collis, vergente ad occasum hybernum, prope balneum novum, quod edificavit Paiazitus Rex; qui eam Columnam, ut commodius Balneum construeret, ante quadraginta annos, quam ego Byzantium venisse, everterat. Suprad id Balneum, versus boream, est via lata, habens tabernas librarias, & cisternam antiquam; à borea autem claustrum regiarum Gynæconitidum: quæ quidem via lata dilataatur in aream ma-

238 DE TOBOGRAPHIA
magnam versus Orientem, in qua extre-
ma orientali est sepulchrum Regis
Paiaziti, cum templo & Xenodochio.
Hanc Theodosii Columnam Cedrites
inquit, ex omnibus partibus fuisse si-
milis illi, quam Arcadius erexit, in
hunc diem in Xerolopho colle extan-
tem: eam nos suo loco describemus.
Zonaras ait Columnam Tauri à Ma-
guo Theodosio excitatam, trophæ &
pugnas Theodosii habentem, bene pu-
goatas contra Scythas & Barbaros,
cum viam intus fersum ferentem, tum
Theodosii statuam in summo fastigio
statutam, quæ cecidit terræmotu eo
anno, quo Roma antiqua capta est.
Anastasius Rex multa opera ex æte fa-
cta, inter quæ erat Magni Constantini
statua, fudit, effecitque sui nominis,
ac tituli statuam ænæam equestrem ib-
auratam, eamque supra columnam
Tauri, in qua priùs fuerat Theodosii
Magni statua, collocavit. Ex his co-
gnoscimus Taurum fuisse, ubi Col-
luna Theodosii fuit. Quibus cognitis,
cognoscimus in tertii collis dorso, &
clivis ejusdem Septimam Regionem fui-
sse, habentem porticus continuas à Co-
lumna Constantini ad Forum Theodo-
sii, quod etsi Septima Regio conti-
net, etsi non addit, quam prope Co-
lumnam

iamnam Theodosii id fuerit,) tamen proxime fuisse colligere licet, non modo ex æmulatione Fori Trajani Hispani, qui Romæ in medio Foro sui nominis habuit similem columnam ei, quam Theodosius Hispanus in nova Roma postea erexit: sed etiam ex Evagrio asequimur, tradente incendium sub Leone ædificia combussisse à Foro Constantini usque ad Forum Tauri. Constantinopolitanus senex mihi narrabat etiam sua ætate Forum Tauri extitisse ubi Columnam Theodosii dixi, non minus Hippodromo plenum innatis arboribus: & quoniam ibi latrocinia fierent, Mame tem Regem, qui Vrbem cepit, ex ædificandum dedisse volentibus, ædificare. Iam vero partem Fori Theodosii occupasse Forum Pistorium, aut vicinum illi fuisse, conjicio ex Zonara, tradente Nicephorum Phocam Regem ex Palatio ad Fontem Aureum, & prope Portam Auream sito redeuntem à populo convitiis exceptum fuisse apud Forum ἡρωπολίαν, usque ad Columnam Constantini. Ignotus scriptor tradit Taurum fuisse in columna prope Forum ἡρωπολίαν, in aula lapidibus strata, atque illuc etiam fuisse portas quatuor in structura quadrilatera, & quatuor porticus in circuitu,

quod

240 DE TOPOGRAPHIA
quod appellat Tetrapylum, idque dicit
prius Quattrivium nominatum. Geor-
gius Cedrinus ponit Tetrapylum non
procul à Tauri Foro, cùm inquit in-
cendium regnante Leone exussisse in
Tauto duas factas ædes maximas, om-
ni genere lapidum ornatas; unam qui-
dem non longè à Tetrapylo, alteram in-
cumbentem Foro Tauri. Idem loquens
de incendio altero, excitato sub Leo-
ne, id dicit obvia quæque consumpsis-
se ab æreo Tetrapylo usque ad templum
quod non nominat. Antiqua Regio-
num descriptio Vrbis, tradit Constantinopolim habuisse unum Tetrapylum
aureum, sed non scribit in qua Regio-
ne fuerit. Mescio an urbs duo Tetrapyla
habuerit, unum aureum, alterum æreum,
an duntaxat unum, quod fuerit primò
aureum, deinde auro sublatò æreum
remanserit. Ioannes Rhetor (sicut ci-
tatur ab Evaglio) narrat temporibus Ze-
nonis Regis Mamianum insignem Sena-
torem Constantinopoli fecisse regias por-
ticus structura decoras, illustriique splen-
dore ornatas, atque inter duas porti-
cus tanquam quoddam confinium ex-
citasse Tetrapylum, columnisque &
ærea materia ornasse: ac sua quidem æta-
te porticus regium nomen obtinuisse
prioris ornamenti reliquias marmorum

Pto.

Proconcessiorum humi stratorum gestantes, sed structuram insignem non retinentes: at Tetrapyli ne tenue quidem vestigium remansisse. Ignotus author dicit in Tetrapyllo fuisse cubiculum supra columnas, ubi defuncti Regis consanguinei, & Regina exodion exciperent, & flerent mortuum, introibiti velis, usque ad sextam diei horam: tum defunctum prætereuntem exciperent, & comitarentur usque ad templum Apostolorum, ubi mos erat sepelire reges. Tetrapylum mihi videtur fuisse templum olim quadrifrontis Iani non longè à Capitolio Constantinopolitano, ut olim fuit Romæ quatuor portis ornatum, quatuor anni tempora designans. Ianus enim appellatur ab eundo; ideoque transiciones per viæ Ianò sacræ, & fores axium Ianuæ nominantur. Quidam scribunt in Foro Pistorio fuisse Tetrascelles pyramidatum. Georgius Cedrinus ait Tetrascelles esse machinam quadricurrem, quam dicit ventorum δῆρα, hoc est, pugnam appellatam Magnum Theodosium excitasse pyramidis figuram gerentem, animalibus sculptis ornatam, & plantis, & fructibus, & corymbis aureis punicorum malorum similitudinem gerentibus, & nudis Cupidi-

pidibus, quorum alii inter se amidebant, & superiores inferioribus illudebant, alii saltabant, juvenes tubis ænis ventos inspirabant: in summa pyramide simulacrum æreum volucre situm, flatus ventorum indicabat. Statuæ Arcadii & Honorii erant prope Columnam Theodosii patris, Arcadii quidem in fornice orientali, Honorii verò in fornice occidentali. Socrates populi Christiani Historiæ concionalis scriptor, tradit ex aquæductu, quem Valens in Urbem induxerat, & construxerat ex ruinis Chalcedonis, Clearchum Verbi præfectum ὑδρεῖον maximum construxisse in Foro, sua ætate appellato Theodosi, quod vulgari sermone dictum est *Aqua liberalis*, & *abundans*, propter quam populus hilarem festum egit: quod Socrates appellat ὑδρεῖον, hoc est, Cisternam, siue Lacum, Zonaras & Cedrinus appellavit Nymphæum, quod similiter dicunt præfectum urbis ex aquæductu Valens construxisse in Tauro, festumque maximum celebrasse; omnemque populum convivio exceperisse. Ex quibus assequimur, quod Socrates Forum Theodosii appellat, Zonaram & Cedrinum appellare Taurum; idemque esse Forum Tauri, & Forum Theodosii: Nymphæumque Tauri aliud esse, & diversum à Nym-

Nymphæo , quod prope Forum Constantini situm è regione Senatus , antè vidimus domum magnam fuisse , ex eo sc̄ appellatam , quòd in ea nuptias hi celebrarent , qui domos non haberent capaces multitudinis . At illud Tauri Nymphæum fuisse , sive latum , sive piscinam , sive cisternam , quām fuisse intra claustrum Gynæconitidum regiarum , occupans partem Fori Theodosii , verisimile est : in quas penetrat aqueductus Valentis , ex quo multa castella aquæ sita , cùm in lateribus tertii collis , tum maxima in claustro mulierum regiarum . Thermas Carofianas à Carosa filia Valentis Regis nominatas fuisse in tertio colle liquet ex antiqua Regionum Vrbis descriptione , sed in qua parte , non explicatur , neque ipse definire possum an funditus perierint , an in eorum fundamentis sint ædificatae thermæ , quas maximas à Turcis ædificatas videmus partim in dorso tertii collis , partim in lateribus . Antiqua descriptio Regionum ponit in hac Septima Regione ædes Hirenæ , & Anastasiæ , sed in qua parte fuerint , non declarat , neque nunc ex vestigiis cognosci potest : sed ex historia deprehendi potest ædes Hirenæ in qua parte collis tertii fuerit ; quæ tradit cùm Vrbs caperetur à Fran-

cis & Venetis , incendium exortum
fuisse à Synagogio Saracenorum in par-
te inclinata ad mare , & vergente ad bo-
ream , proxima templo divæ Hirenæ
Id fuisse intra septum regiarum mulie-
rum ptimò intellexi à senibus nescio
quibus , deinde adverti turrim excel-
sam extra claustrum mulierum , sitam
in latere tertii cœllis vergente ad os-
tium æstivum , quadratam , Hirenem
etiamnum vulgo appellatam , nescio
an ab æde divæ Hirenæ , an à Regina
Hirene . Tria Hirenæ templa Constan-
tinopoli fuisse reperio ex literarum mo-
numentis : ptimum antiquæ Hitrenæ
nuncupatum , quod Socrates tradit Ma-
goum Constantiūm ædificasse ; id pro-
pe Sophiam fuisse , antè demonstravi-
mus : secundum , quod jam dico po-
situm in tertio colle , quod antiqua Ur-
bis Regionam descriptio tradit fuisse
in Septima Regione : tertium ponit
Procopius , tradens Iustinianum ædifi-
casse ad ostium sinus Cornu nuncupati
templum Hirenæ martyris . Iam verò
ædipium Anastasiæ dicunt alii fuisse eo
loco , ubi est Bezestannum novum , hoc
est , Basilica nova : alii ubi visitur hodie
cisterna multis columnis marmoreis su-
stentata , sita inter Fori Basilicas , &
sepulcrum , & Xenodochium Pajaziti
Regis .

Regis. Sozomenus ait Gregorium cùm ex Nazianzo migrasset Constantinopolim, conciones hábuisse in ædicula à studiis suarum concionum structa, quam postea reges per illustrem structu- & amplitudine maximam effecerunt, Anastasiamque nominarunt: sive ex eo, quòd illa ipsa, quæ in concilio Nycæno constituta fuissent, & jamdudum Constantinopoli intermortua jacerent, in hac æde iterum emergerint, & revixerint, Gregorii Nazianzeni concioni- bus; sive, inquit, cùm esset in hanc ædem multitudo populi congregata, mulierque grava ex superiori portico ce- cidiisset, eoque casu interiisset, com- muni facta omnium prece revixit, ex eo- que ædes appellata est Anastasia. Ex his Sozomeni verbis patet errare recentes hanc ædem divæ Anastasiaz Romanæ attribuentes. Descriptio Regionum Ur- bis duntaxat appellat ecclesiam Anastasi- am (quam ego arbitror esse) unam fuisse ex his duabus, quas maximas & ornatas omni genere lapidum Cedrinus scribit incendio excitato regnante Leo- ne conflagrassæ, unam non procul à Tetrapyllo, alteram incumbentem Fo- ro Tauri. Cùm de Bosporo Thracio scripsi, demonstravi, ut in clavis in- fimiis tertii collis vergentibus ad Septen-

trionem sitæ essent Petræ Scironides, & Megarenibus & Corinthiis deductori-
bus coloniæ Byzantinæ ita nominatæ,
ob similitudinem difficilis loci, quam
habent cum Petris Scironiis sitis inter
Isthmum Corinthiacum, & Megara.
Iam vero quid tertius collis præcipuum
contineat, dicam. Est in ejus dorso se-
pulchrum Pajaziti Reginis, cum Xeno-
dochio, & ampla æde Marmetana ab eo
excitata ad similitudinem Sophiæ ædi-
ficata, quæ concamerata opere lateri-
tio & testa plumbo vestibulum habet
amplum, stratum marmore albo, cir-
cumdata quatuor porticibus, quas
sustinent insignes columnæ exquisitissi-
mi marmoris: in quo medio exilit
aqua in sublime, deinde decidit in ma-
gnum craterem emittentem aquam fa-
lientem multis siphunculis. Ædes cum
vestibulo circumdata ex tribus partibus
magna area, clausa partim muris, par-
tim Xenodochio, ex quarta parte con-
tiguo jhorto, in quo medio est sepul-
chrum Pajaziti Reginis, ædacula Cylindri
medii similitudinem gerenti circumda-
tum. Præterea in tertii collis dorso sunt
Palatia Gynæconitidum regiarum, clau-
sa excelsa muro, qui cum venissem
Byzantium ambibat plusquam duo mi-
llaria. Nuper Soltanus Solcimanus oc-
cupa-

cupavit medium partem ingentibus substructionibus sui futuri sepulchri & Xenodochii , quæ nunc excitantur luculentis marmoribus conquitis ex multis regionibus imperii Turcici , ut videas humi jacentia infinita genera marmorū , non quidem nuper excisa ex lapidicina , sed infinitis ante seculis vagantia per diversa regnantum ædificia non modo Byzantii , sed totius Græciae , atque adeò Ægypti. In Regione Septima , tres vidi cisternas antiquas , quarum non meminjt antiqua Vrbis descriptio : unam in Foro Tauri , alteram inter Regis Pajaziti sepulchrum , & Forum Bezeftannum ; utrasque columnis marmoreis sustentatas : tertiam in in tertii collis clivo vergente ad Septentrionem , ad quam adhuc extant sex columnæ Corinthiæ marmoris Arabici affabrefactæ , benè proceræ & crassæ . Sub columnarum stylobatis est tubus aquæ testaceus , ex quo aqua defluebat in cisternam lateritiam , cuius concrementum similiter lateritiam sustinent viginti pilæ lateritiae . Supra cisternam olim erat area ædis religionis Christianæ ; quam reges Turcorum demoliti sunt , ejusque redivivis lapidibus ædificia sua adornarunt. In latere ejusdem collis pertinente ad occasum , tem-

plum Mametanum extat, quod habet vestibulum sustentatum duodecim columnis, quarum sex Arabici marmoris. Paulò suprà hoc templum est aliud templum, olim dicatum divo Theodoro, ornatum columnis. Id non illud quidem est, quod Procopius tradic Iustinianum ædificasse ante moenia Vrbis in loco nuncupato Rhesio. Alia ædes olim Christiana, nunc Mametana, extat inter Septum Mulietum & sepulchrum, quod excitavit Rex Soleimanus filio suo Mametho, vestita crustis varii marmoris.

C A P. VII.

De Octava Regione, & de postera parte tertii collis.

Octavam Regionem fuisse à tergo tertii collis vergente ad Meridiem, non assequor ex antiqua Regionum Vrbis descriptione, quæ tradit Octavam Regionem ex parte Tauri nulla maris vicinitate conterminam, angustiorem quam latiorem, spatia sua in latitudinem compensare: (ex hac enim descriptione nescio vergat ne ad Meridiem, an ad Septentrionem:) sed ex eo octavam Regionem agnosco, quod tradit eam continuisse partem Forti Constantini,

tini , & porticum sinistram Taurum usque , jam edactus Septimam Regionem continuisse Porticum dextram à Columna purpurea ad Forum Theodosii . Ex quibus intelligo partem Promontorii , à mari pertinentem ad mare , sitam inter Columnam Porphyreticam , & Taurum , in dorso dividi in septentrionale latus , & meridionale porticibus dextris , & sinistris perpetuis à Columna purpurea ad Taurum usque porrectis , dividentibus Septimam Regionem ab octava ; illam continere porticus dextras , hanc sinistas . Harum porticuum nulla hodie vestigia extant , sed duntaxat via lata , quæ per medium Promontorii dorsum à Sophia ad muros terrestres discurrit . Hæc regio continebat etiam Capitolium , & Basilicam Theodosianam , quæ ambo verisimile est fuisse prope Theodosii Forum , ejusque Columnam : atque etiam ex Zonara & Georgio Cedrino colligere possumus , tradentibus incendium illud imperante Leone excitatum consumpsisse in Tauro domum maximam , & maximè illustrem accommodatam consiliariis , & regi : illis quidem ad simul conveniendum , & consultandum de rebus agendis ; huic vero cum esset Consul ad praesidendum consilio : quam iidem

250 DE TOPOGRAPHIA
addunt habuisse duodecim columnas
varias ex marmore Troico factas, alas
viginti quinque pedes, cuius tectum
sustinetetur quatuor arcubus: hujusque
domus longitudinem adjungunt fuisse
plus minus ducentorum & quadraginta,
latitudinem vero centum quadraginta
pedum. Hanc domum fuisse Basilicam
Theodosianam, aut Capitolium, ex his
quaes jam ante dixi existimare licet. Quz
quidem ipsa post incendium, quoquo
modo fuerint refecta, nomen amississe
colligo ex recentioribus scriptoribus,
trudentibus in Tauro fuisse Palatium &
Xenodochium: à quibus non differ-
tiunt quidam senes Constantinopolita-
ni, qui testantur etiam sua memoria cir-
ca domum, ubi hodie cuditur moneta,
vicinam Foro Theodosii fuisse Palarium
magnum, quod aliqui dicunt Mame-
them Regem, qui cepit Constantinopo-
lim, prius incoluisse, quam constru-
xisset ingens illud Claustrum Palatiū sui
in primo colle; ex illiusque ruinis reges
Turcorum sua aedificia ornasse. Xeno-
dochium, seu potius templum, quod
erat ad occasum aëtivum Tauri, vidi
dirui; ipsiusque columnas transferti in
aedificationem Xenodochii, quod Rex
Soleimanus in monumentum chari filii
construxit. Videant sacerdotes Græci,

an hoc templum fuerit divi Pauli, quod Septima Regio continebat: ipse nunquam eorum quenquam invenire potui, à quo id intelligere potuerim.

C A P. VIII.

De Nona Regione & de templo Concordiae, & de horreis Alexandriae, & Theodosii, & Thermis Anastasianis, & de domo Crateri, & Modio, & de templo Solis & Luna.

R^Egionem Nonam fuisse à tergo tertui collis, partim in clivis subjectis sub dotsum, in quo Taurum dixi, partim subditis jugo, in quo videmus partem aqueductus orientalem, & templum, quod filio dedicasse Regem Soleimanum antè dixi, partim in planicie littoris Propontici extensi usque ad Blan^{ch}chæ hortos, ubi olim Portus Theodosiacus, cùm ex aliis scriptoribus colligo, tum maximè non modò ex antiqua descriptione, quæ tradit Regionem Nonam pronam omnem, & in Notum deflexam, extensi maris littoribus terminari: sed etiam ex Octava Regione, quæ cùm ex parte Tauri nulla maris vicinitate terminetur, assequor Octavam Regionem occupasse planitem dorsi, in qua dixi Taurum fuisse, non autem

autem sub hanc planiciem subjectos clivos, Nonamque Regionem sub Octava partim subjectam fuisse ex ea parte, quæ tendit à Tauro ad Notum, & hinc Proponticum, partim positam fuisse in clivis dupli inclinazione devexis, una à Tauro ad occasum hybernus, altera ab ædibus Genesarorum ad Meridiem. Tum etiam ex æde Concordiæ percipiatur, ubi Nona Regio fuerit: sed in qua parte hujus Regionis templum Concordiæ, Horreaque Alexandrina, & Theodosiana fuerint, Nona regio, quæ illa continet, non declarat: sed vel ratione, vel aliorum scriptorum testimonio consequi possumus. Euaglius ubi templum Concordiæ fuerit (quam Regionum descriptio. ὁμογενίας vocat) designat, describens incendium Imperante Leone excitatum in parte Vrbis ad boream vergenti sævisse à Bosporo portu usque ad Apollinis templum antiquum; in parte vero Vrbis meridiana à portu Iuliani usque ad domos non longè stas ab æde Concordiæ. In media autem Urbe à Foro Constantini usque ad Taurum: idque incendium per longitudinem urbis extensum fuisse in quinque stadia. Ex quibus percipiemus id fuisse in ea parte Regionis nonæ supposita linea porrectæ à foro Tauri ad latus

Proponticum: id quod clarius lique-ret, si quis à Foro Constantini ad Forum Tauri quinque stadia ambularet, ibique signum figeret: deinde ex Portu Iuliani per maritimam planitatem quinque stadia versus Occidentem pergeret, ibique alterum signum poneret, & cum altero ad Taurum fixo conferret; non longè aberraret à vestigiis ædis Concordiæ; quæ hodie non extat, neque tem-plum Thomæ Apostoli, quod fuisse prope ædem Concordiæ noscitur ex iis, quæ antea scripsi de Portu Iuliani. Hor-reum Theodosianum non longè à Portu Theodosiaco posito olim in hortis, qui nunc Blanchæ appellantur, verisimile vi-detur non modò ratione architectoni-ca, quæ præcipit horrea esse facienda juxta portus, qui nulli sunt, neque in Octava, neque Nona Regionibus, sed in Duodecima Regione vicina Nonæ Regioni ex ea parte, ubi fuit Portus Theodosiacus. Sed etiam vero proximum apparet, Theodosium adornasse Portum Theodosiacum Horreo & Foro à suo nomine appellatis. Sed de Portu Theodosiaco pleniùs loquemur infrā. Supra [locum] horrorum Blanchæ nun-cupatorum, olim Portum Theodosia-cum continentium extremam partem ad ortum Solis pertinenteum clivus à Se-

ptem-

ptenttione eminet, in quo est tem-
plum vulgo nominatum Myteleos, ha-
bens intia se cisternam, cuius camera
lateritia sustinetur columnis marmoreis
circiter sexaginta, ubi Horreum olim
fuit, quod depravatè Suidas appellat Ho-
reum: Statua, inquit, Maimi, qui
duxit exercitum contra Scybas, stabat
in nuncupato Horeio, ante domum
Cratet, quæ nunc est Mytelei, & pro-
pe manus æreas, propeque Modium æ-
reum. Modium autem fuisse justam men-
suram, quo pleno frumentum emeretur
& venderetur, Valentianum Regem
lege sanxisse, ut numismate duodecim
modii venderentur, nemine contradic-
cente, quendam naucam hoc non facien-
tem dextra manu mulierum fuisse. Hinc
Manus æreas ibi statuas esse, Modium
æreum positum fuisse in fornice Ama-
striani inter duas Manus æreas à Vaken-
tiniano: alii tradunt ex eo, quod Valen-
tinianus sanxisset, ut modius non ad re-
gulam, sed ad cumulum venderetur, cui-
dam contrafaciensi manus præcisas fui-
sse. Georgius Cedrinus loca Amastriani
fuisse, inquit, appellata à quodam vili
homine, cuius patria esset Amastrum,
ob paupertatem Constantinopolim pro-
fecto, sive ab infamia, quod omnes ma-
lefici & homicidae ibi persolverent poe-
nas,

nas, nomen turpissimum adeptum fuisse execrandorum causa Paphlagonum. Idemque scribit ibidem templum fuisse maximum Solis & Lunæ, Solis quidem in curru albo, Lunæ verò ut sponsæ ductæ in quadriga mariti, Phidiae opus: infra autem juxta fundamenta sedisse in throno sceptigerum populis præcipientem regnantibus obediendum esse: ibidemque juxta solum fuisse Iqviv⁹ statuam ex marmore albo, similem jacenti in lecto, opus Phidiæ. Quod si Crateri ante nominata domus fuit Crateri Sophistæ, in ea fuit ejus sugestus versibus Iuliani Ægyptii celebratus. Præterea Nona Regio continebat Thermas Anastasianas, quas Marcellinus ait appellatas ab Anastasia -sovere Constantini. Sozomenus narrat Marcianum Grammaticum docuisse filias Regis Valentis, Anastasiam & Castosam, ab eorumque nominibus appellata balnea, usque ad suam ætatem Constantinopoli fuisse.

C A P. IX.

*De Tertia Valle, & Decima Regione,
de domo Placidiae, & regia Placi-
diana, de aqueductu Valentiniano,
& Thermis Constantianis, & de
Nymphao.*

Decimam Regionem vergere ad Se-
ptentrionem, & sitam fuisse in Val-
le Tertia, ejusque latere orientali, & in
Promontotii supra Terram Vallem e-
minentibus dorso, per quod ab Occidente
ad Oritum aqueductus, tam forniciatus
supra terram, quam concamerati sub-
terranei feruntur, ex Regionum Urbis
descriptione liquet, tradente Nonam
Regionem, nonam omnem, & in No-
tum deflexam, extensi maris littoribus
terminari: decimamque in aliud civi-
tatis latus à Nona Regione platea ma-
gna velut fluvio interveniente dividi,
esseque tractu planiorum, nec usquam
præter maritima loca, inæqualem lon-
gitudini ejus, latitudine non cedente
contineri templo Sancti Acacii, Ther-
mas Constantianas, domum Augu-
stæ Placidiae, Nymphæum majus, alia-
que plura, quorum nulla nunc extant,
neque quantumlibet diu & diligenter
vestigatum, à nemine viventium intel-
ligere

ligere potui. in qua parte Regionis Decimæ fuerint, duntaxat nonnulla excerpti ex mortuorum scriptis. Ex quibus deprehendi erratum esse in libello antiquæ descriptionis Regionum tradente Decimam continere Thermas Constantinianas, quas nullas fuisse Constantinopoli invenio, sed duntaxat Constantianas, quarum meminit Sozomenus Salaminius loquens de his, qui quod Ioanni Chrysostomo favissent ex Constantinopoli effugiebant: Sentientes, inquit, populi impetum, postridie Templum Magnum reliquerunt, & Pascha celebrarunt in publico Balneo multæ multitudinis valde capaci, nominatō à Constantii Regis nomine. Suidas dicit Elladium Alexandrinum tempore Theodosii Parvi scripsisse Ecphrasin Thermaum Constantianarum. Socrates tradit Valentem Regem muros Chalcedonis jussisse everti, & lapides ad Constantinopolis publicum Balneum ædificandum transportari, cui nomen esset Constantianæ. Additque in uno lapide, ex his qui transportati essent, incisum fuisse oraculum; quod jam inde ab antiquis temporibus in occulto fuerat, tunc manifestum factum esse, significans cum in Urbe foret abundans aqua, tunc quidem murum Balneo sole usui. Sed infi-

R

nitas

nitas gentes barbarorum in terram Romanorum excusatas, multa mala patravatas, tandemque & ipsas perituras esse. Socrates addit oraculum quale fuerit:

Ἄλλ' ὅτε δὴ τύμφαι δροσερὴν πῦρ
χωρέσθω.

Τερπόμδυαι τήσανται εὕτεφίας καὶ
ἀγγάσι,

Καὶ τεῖχοι λαγτροῖσι πολυδρεποῖς
σεῖς ἀλκαρι,

Δὲ τότε μύελα φῦλα πολυασθένει
ἀνθρώπων,

Ἄγρια, μαρμαρύρονται, κακὴν ἐπίθ-
μηται ἀλκὴν,

Ιερὰ καθαρόσιο πόρου Διέβανται σὺ
ἀγχυμῆ,

Καὶ Σκυθικὴν ὄλεσθι χώρην καὶ Μυ-
σίδεια γαῖαν,

Θρηικίης δὲ ἐπιβάνται σὺν ἐλπίζει
μαρνομένηται,

Αὐτῷ καὶ βιότου τέλοι, καὶ πότρῳ
ἐπίστασι.

Zonaras & Cedrinus similiter hoc va-
ticinium ponunt: sed eo loco, quo So-
crates dicit δρόσερήν, scribunt ἵσπαν,
aliam-

aliasque voces ponunt differentes, nempe *ρεο λαγτζοῖο*, *λαγτζοῖς*; *προ ἄγριος.*
μαρμαίρησι, *ἄγρια μαρμάρινονται*:
προ καλλιρόοιο, *καμμεθέροιο*. Socrates
 sic interpretatur oraculi versus: Hoc va-
 ticingum, inquit, contigit postea, cum
 Valens aquæ ductum construxisset, a-
 quamque copiosam urbi præbuisset, cum
 Barbaræ gentes invaserunt agros Ro-
 manorum. Hoc vaticinum alio modo
 potest interpretari. Postea enim quam
 Valens Aqueductum in Vrbem indu-
 xisset, Clearchus Vrbis præfectus ex A-
 queductu derivatum maximum *υδρεῖον*
 construxit in Foro nunc nuncupato
 Theodosii, quod voce populari decan-
 tum est aqua abundans, in quo fe-
 stum hilarem Vrbs egit. Hocque esse
 prædictum à vaticinio, τὸ χρεῖλον περ-
 πόμπων σῆσσον δύσεφέας καὶ αὐγ-
 ούς. At quedam secundum vaticinum
 paulò post facta sunt, cum murus Chal-
 cedonis everteretur Byzantii, & Nico-
 medenses, & Nicenses, & Bithynenses
 obsecrabant Valentem Regem, ut desi-
 steret evertere muros. Rex iratus vix su-
 scepit eorum preces: itaque ut se à jura-
 mento exsolveret quo se obstrinxerat de-
 moliturum, muros Chalcedonis simul
 demoliri jubebat, & simul implete de-
 molita alteris lapidibus longis: & nunc

R. 2 licet

licet videre in quibusdam muri partibus,
ut maximis & admirabilibus saxis struc-
tura vivilis superaedificata fuerit à Va-
lente. Similiter Zonaras & Cedrinus
dicunt Valentem mulctantem Chalce-
donios, quod tutati fuissent Procopium
suum hostem, ex ruinis murorum Chal-
cedoniarum saxa traduxisse ad structuram
Aqueductus, quem Zonaras appellat
Valentem, Cedrinus modò Valentem,
modò Valentinianum: quo copiosam
aquam in urbem induxit, tum ad usum
alium, tum ad balnea: ex quo Vrbis
præfectus effecit in Tauro Nymphaeum
Vrbis magnitudine dignum, solennique
. festo indicto omnem populum convi-
vio exceptit: ac multo post (ut prædi-
ctum fuerat) barbaræ gentes in Thra-
ciam incursârunt, quæ postea delectæ
sunt. Aqueductus Valentinianus adhuc
extat ex celis fornicibus, à clivis quat-
ti collis ad clivos tertii collis, pergens
per Decimam Regionem: cuius non
meminisse antiquam Vrbis Regionum
descriptionem mirarer, cum meminerit
Horreorum Valentinianorum, nisi et-
iam permultorum sua ætate extantium
monumentorum non meminisse scirem.
Regnante Constantino Leonis filio Ico-
nomacho anno à Christi humano Na-
tali die septingentesimo quinquagesimo

nono tanta fuit siccitas, ut ne ros quidem de cœlo caderet, exaruerintque Constantinopoli cisternæ & balnea, & fontes, qui prius juges fluebant: quod intuitens Constantinus Imperator, aggressus est renovare aquæductum Valentinianum quem, cum usque ad Heraclium incolumis is permanisset, ab Avaribus ditatum, restituit accersitis fabris ex diversis locis: ab Asia quidem, & Pontomille ædificatores, & ducentos albatores; à Græcia quingentos figulos laterculorum; ex Thracia quinque millia operariorū, & bajulūm, & ducentos fabros tegularum: quibus omnibus præfecit principes, executoresque opere perfecto, aqua introivit in urbem, discurrens per confinia Nonæ Regionis, & Decimat. Multi enim Aquæductus per dorsum sex collium discurrunt subterranei, & unus supra terram Valentinianus, quem qui scripserunt de rebus gestis Andronicī tradunt per magnum Forum euntem, & ferentem aquam dulcem, & p̄tam Andronicum Regem renovavisse, & auxisse; addidiſſeque ei fluvium, quem nominant Hydalem: ad cuius fontem turrim & Palatium construxit, quo æstate recrearetur: ex eodemque fluvio aquam duxit in Vrbis

locum, quem vocant Blachernam: sed turrim Andronici odio Isacius successor evertit. Procopius dicit Iustinianum Acacii ædem exolescentem restituisse, & columnis undique albis illam circumde-
disse, similibusque marmoribus ædis solum constravisse, ædemque lapidem candore vestiisse, ut omne templum ni-
vibus tectum videtur. Porticus au-
tem ædi adjectæ sunt duæ, quarum al-
tera vergens ad Forum columnis cir-
cumdata est. Iam antedicta verba Pro-
copii desunt Codici edito, itaque eo studiosius addidi. Acacii templum Geor-
gius Cedrinus ait fuisse in loco appella-
to Heptascalο: alii scriptores dicunt di-
vi Acacii ædem appellatam in Scala,
quam jam nulli ubi fuerit, cognoscunt:
sed qui diligentius inquirere volet, da-
bo ei hanc notulam. Investiget do-
mum maximam, quam Caryam histo-
riæ appellant, ex eo, quod nux esset in
area illius: unde ajunt Acacium mat-
tyrem suspensum interiisse, & delubrum
inde ei consecratum fuisse, quod aliqui
putant in Neorio situm fuisse, ex eo,
quod legerint apud plerosque scripto-
res Acacii imaginem ex calculis vitreis
inauratis factam, positam in templo
ad Neorium sito fuisse. Sed hic Aca-
cius alias est, quem non modo Histo-
rici,

CONSTANT. LIB. III. 263
rici, sed etiam Grammaticus Suidas tra-
dunt, Episcopum Constantinopoleos
fuisse regnante Leone Macello adeò
ambitiosum, ut multi Acacii imagines
ponerent in templis etiamnum viven-
tis. Inde existimatum Doxomanèm.
Iam verò Placidiaz domum vidimus in
Prima Regione: itaque vide an rectè
legatur in hac Decima Regione *Domus*
Placidie; an potius legendum sit *Pla-*
cille, an *Placida*; nam Agathius me-
minit regianum Placidæ, sive Placidiæ
his verbis, quos cum inscriptione
mox addam:

Αγάθις χολαργίκη, εἰς εὐγένεια
σταθεῖσσαι σὺ τοῖς Πλακίδαι,
πατὴ τῆς Φιλίας καὶ οὐδὲν.

Οὐκαν παρβαζεῖ λῆστρος αὐτοφέος κα-
λέμοις,

Αγέωνοι οἱ τὸ ιέον τάγματα μετεργ-
χόμενοι,

Θεασιατής αὔγχεια σωστείδος, ὁ φρε-
πεὺς αὐτῆς

Εἰκόνι χῶρον ἔχῃ γείγεια κοινωνίας.

Αὐτὸς γέ τις θεός θρόνος ὑψώσει με-
λάθρα, (βῆνς.

Πλατυάστησε, αὖλα μὲν δύσε-

Εὐγνωμον τῷ πόνημα· τί γένεται
οἴδει ὅποισαν,

Εἰ μὴ τοῖς ἀγαθοῖς μηδὲν ὄφελον
μέριλον;

Post Scironides petras (quas aitè dixi
fuisse in latere septentrionali collis ter-
tii) Dionylius Byzantius in planicie
maritima tertiae vallis, & quarti collis,
dicit esse littus longum, non deterius
ullo optimorum ad capturam piscium:
nam maximè profundum est etiam juxta
oram maris & quietum, ubi olim lo-
cus Cycla nominatus, ex eo, quod Gra-
ci barbaros ibi interclusissent: ubi et-
iam est ara Minervæ dissipatoriaz, de-
signans dissipationem barbarorum in-
terclusorum. Cycla locum sequitur Melia
sinus piscationi aptus si quis alter,
elatis promontorii lingulis, atque utrin-
que saxis occultis conclusus. Nunc in
hac valle sinus non est, vetustate obru-
tus, & exædificatus, quod non modò
ex sinu Melia, sed etiam ex Strabone
conjecte liceat, cum ait Sinum Ceras
ideò appellari, quod multis recessibus
velut cornu cervinum ramosus sit: nunc
recessus illi non sunt, nisi per pauci.
Zosimus, qui scripsit historiam tempo-
ribus Arcadii & Honorii, testatur sua
ætate tantam fuisse Constantiopolis
multi-

multitudinem incolarum, ut non modo imperatores muros Urbis longius Constantianis muris promoverint, sed etiam non parvam partem matis ambientis urbem obruerint palis circumfixis, & ædificiis supra palos impositis: Quid ex tempore Arcadii & Honorii, & quantum obtui potuit, ex tot & tantis ruinis Urbis projectis in mare? Meliam finum, inquit Dionysius, excipit locus appellatus οὐκτῆνος, à terra inter paucas apta ad hortensem culturam. Post Hortum sequitur locus Apollinius appellatus, ex ea re quam diximus in Bosporo.

LIBER QUARTVS.

CAPV. I.

*De Undecima Regione, & de quarto
& quinto collibus.*

VNDECIMAM Regionem vix agnovissim ex Urbis Regionum descriptione, quæ eam dicit spatio diffusam liberiore, nulla parte mari sociatam esse: Verum ejus extensionem tam planam, quam etiam collibus inæqualem: nisi addidisset illam continere in se martyrium Apostolorum. Quod et si hodie

R 5 non

non extat, tamen ex memoria sensu Constantinopolitanoru*m* investigavi fuisse in dorso quarti collis devexo in jugum tertiaz vallis prope officinas Ephippiorum, & sepulchrum Mamethi Regis: quo cognito, assequor Regionem Undecimam in quarti collis fuisse dorso, ejusque lateribus tam vergentibus ad boream, quam sitis in ejus tergo: hancque Regionem attigisse Urbis muros terrestres Undecimam Regionem dividentes à Decimaquarta Regione, quæ spatio interjecto divisa erat ab Urbe, mure proprio vallata, quam in sexto colle extra Constantiniana moenia infrà ostendam, inclusamque postea fuisse à Minore Theodosio. Constantini muri traduntur ab Eugenii turri perrexisse usque ad templum divi Antonii, & ædis Marianæ, quæ nuncupabatur Rabdos, inde assurrexisse usque ad Exacionem, terrestrem murum, quod dicunt appellatum fuisse ex eo, quod extra muros terrestres esset columna sustinens Constantini Magni statuam. Recentes scriptores tradunt Constantium excitasse ædem divinæ Trinitatis in loco nuncupato Exacione, nunc nominarum ædem divorum Apostolorum: quin, si rectè existimo, Constantini muros fuisse constructos in confinio

in alio quarti collis & quinti , prope Exa-
 cionion . Georgius Cedrinus ait terræ-
 motu horribili cecidisse partes Vrbis ad
 Exacionion sicas , ut muros Vrbis ; ut
 templa decora , ut splendidias domos .
 Idem authores recentes , non sibi con-
 stantes alio loco dicunt , porticus à mi-
 liario pertinuisse ad Taurum usque &
Bovem aieut , & portas Ioannis Hip-
 podromi , quæ distant à templo Apo-
 stolorum plus mille passibus Romanis ,
 tantundemque ferè à muris à Constan-
 tino positis : id quod conjici fortasse po-
 test ex Sozomeno . Theodosius , inquit ,
 contra Eugenium educens exercitum ,
 egressus unum miliare extra Constanti-
 nopolim in æde divi Ioannis Baptistæ ,
 quam ipse construxerat in Hebdomo
 suburbio , adeò precatus est , ut sibi exerci-
 tuique feliciter exitus belli eveniret : ita
 enim Græcus habet Codex Sozomeni ,
 Θεοδόσιος τὸ Καισαριανοπόλεως εἰς
 δημῶν πέδος τῷ Ἐνδόμενῳ μηλίᾳ γῆνό-
 μην τοστόξασθαι τῷ θεῷ σὲ τῇ σύ-
 γειδε σύκλησίᾳ λω̄ ἐπὶ πυῆ Ιαώνιῳ
 Τοῦ Βαπτιστοῦ ἰδεῖμαι τοιτῆσσαν τε αὐ-
 σίαν αὐτῷ καὶ τῇ στρατᾷ , καὶ Ρωμαϊ-
 οις γῆραισαγ τῷ ἔκβασι τοῦ πόλεμου .
 Qui nesciunt Hebdomum esse suburbia-
 num

num Constantinopolitanum, interpretantur septimum miliare Theodosium extra Vrbem egressum: at Hebdomum suburbium esse ex eodem Sozomeno liquet, cum alibi dicit Theodosium caput Ioannis Baptizæ ex vico Coslao nuncupato, qui Pantchio Chalcedonis vicinus erat, transstulisse, & posuisse ante Constantinopolim in loco Hebdomo nuncupato, quem nos suburbium olim fuisse, nunc verò intra muros Vrbis esse in sexto colle declarabo: infra quod si columna, à qua dicunt appellatum locum Exacionion fuit, illa, quæ in dorso quinti collis bene excelsa undique procul longè eminere supra omnes domos paulò ante videbatur, facile intelligeremus muros, quos posuit Constantinus non processisse ultra hanc columnam distantem à templo Apostolorum circiter quatuor stadia. Hanc columnam transferti vidi in ædificationem ædis, quam Rex Soleimanus construere aggressus est. Cujus scapus est marmoris Pyrrhopœcili, altus circiter sexaginta pedes: ejus perimeter est trédecim pedum & dodrantis: capitulum Corinthium quidem, sed marmoris albi. Ejus stereoma & stylobates, & basis sunt etiam marmoris albi: stereoma altum, ut id scalis ascen-

ascendere habuerim necesse: stylobates
altus quatuor pedes & novem digitos;
plinthus pedem & sex digitos. Græci
& Turci utrique sua lingua hanc appelle-
bant columnam Virginis, quam puto
fuisse illam celebratam recentiorum scri-
ptis supra collem positam, sustinentem
Veneris statuam lapidea m, quæ virgines
suspectas de stupro discernebat ab inte-
gris: nam si integræ & puræ ad eam
propè accessissent, incolumes discede-
bant; sin corruptæ, invitæ, & nōlen-
tes se denudantes sua pudenda ostende-
bant. Cùm Regionum Vrbis descriptio
ait Undecimam Regionem nulla parte
mari sociatam fuisse, existimare opor-
tet planitatem sicam inter Sinum Cera-
tinum, & radices collis quarti extra
Vrbem fuisse, cùm etiam eadem descrip-
tio Regionum dicat Vrbis latitudinem
continuisse pedum sex millia centum
quinquaginta, hoc est, unum miliare,
& ducentos triginta passus: latitudo
autem Isthmi pergens per collem quar-
tum & septimum, per quos antiquus
murus pergebat, excedit præscriptam
latitudinem. At Zoëmus antiquus hi-
storicus tradit Constantinum Magnum
murus urbem cinxisse, qui omnem Isth-
mum à mari ad mare intenciperent. Ita-
que oportet in Decima Regione ponere
plani-

C A P. II.

*De templo Apostolorum, & sepulchro
Constantini Magni, de cisterna Ar-
cadia & Modestiana, de Talatio
Placilliano, & Bove aere.*

Eusebius scribit Constantiū Ma-
gnū templū Apostolorū adi-
cassē in altitudinem immensam, id-
que vestivisse omni genere marmorū
variorū, & fulgentium ab imo solo
ad tectū, quod totum tenuibus lacu-
naribus auratis ornavit, tegulisque
tegulisque multo auro perlitis, splen-
dorem ejaculantibus etiam in eos, qui vel
procul illas intuerentur. Structura tem-
pli superior ex aere & auro emineti
expressione elaborata cancellos & fene-
strās habens, templū circumdabat.
Circa templū aula illustris erat in aë-
rem purum & apertum patens, cuius
porticus dispositæ in quadrum circum-
dabant aream sub dio expositam. Iux-
ta porticus distendebantur regiæ aedes,
& balnea, & aërae apertūres, aliaque
permulta domicilia æditimorum, alio-
rumque ministrorum templi commo-
dè ædificata. Hæc omnia pius Rex in-
menio-

memoriam Apostolorum Servatoris nostri posteritati tradidit, duodecimque ibi loculos velut stellas sacras memoriae Apostolorum consecravit, atque arcam, in quam ipse post mortem includeretur, in medio Apostolorum posuit, utrinque stipatam sex Apostolis. Socrates adiungit: Corpus Constantini aureæ arcæ impositum, in Vrbem Constantinopolim tulerunt ejus necessarii, & sepperiverunt in templo Apostolorum. Zonaras Eusebium videtur non legisse, cum ait id sepultum in æde Apostolorum in porticu, quam ad sepeliendum patrem Constantius condidisse traditur. Secundum viam latam, quæ tendit per dorsum Promontorii ab æde Sophiæ ad portam Adrianopolitanam, prope locum, ubi fuisset templum Apostolorum antè dixi, hodie monstratur solium ex Porphyretico marmore factum, sed vacuum, & carens opertculo, longum decem pedes, altum quinque pedes & semissem, quod Græci & Turci dicunt esse Magni Constantini: sed quām verè, ipsi videtur. Mihi verò dubium videtur ex Eusebio & Socrate, tradentibus in arca aurea sicut fuisset, nisi fortasse arcam aurēam in solium illud Porphyreticum incluserint. Zonaras dicit Theodoram uxorem Iustiniani ædem nuncupa-

272 DE TOPOGRAPHIA
cupatam Apostolorum construxisse. Fae-
rat, inquit, ibi ante Apostolorum tem-
plum à Constantino ædificatum, non
quale nunc est, sed minus pulchrum,
& multò inferius. Procopius jam inde
ab antiquis temporibus ait fuisse Con-
stantinopoli templum omnibus Apo-
stolis sacrum, vetustate jam diratum,
ac casui obnoxium: quod Iustinianus
totum demolitus non modò renova-
re, sed & pulchrius, & majus effice-
re studuit in figuram crucis: cuius
pars recta ad Orientem & Occidentem
Solem existit; transversa verò aketa ad
ursam & ventum austrum: muris qui-
dem utraque extrinsecus septa, intra-
secus verò circumornata columnis su-
pra, infraque stantibus. Euagrius vide-
tur ignorare à Magno Constantino id
construetum fuisse, cum ait id à Iusti-
niano conditum fuisse; qui profecto,
ut pleraque alia non primus condidic,
sicut asserit Procopius, adulans rhetor-
um more: sed renovavit vetera, aut
collapsa restituit, aut incensa redi-
cavit. Hujus ædis nulla restant vestigia,
jam ne fundamentorum quidem: nisi
fundamenta quædam Cisternæ, quæ
aquam suppeditabant ædi Apostolicæ:
in cujus quidem Cisternæ solo sunt of-
ficiæ, & tabernæ Ephippiorum circiter
ducen-

ducentꝝ, ubi sunt, & venduntur non modo Ephippia, cæteraque equorum ornamenta Turcica: sed etiam vasa ex corio ad hauriendam aquam scitè facta, tum pharettæ, arcæ corio testæ. Supra hanc Cisternam ædes Mametana cum Xenodochio sita est in planicie, quam Mamethes, qui Urbem cœpit ex ruinis cùm aliarum ædium Christianismo sacratum, tum ædis Apostolorum vicinæ ædificavit ad similiudinem ædis Sophianæ, ex lapide quadrato: testudineque semicircula texit lateritio opere facta, plumbo testa, ut sunt omnia Turcica ædifica publica: vestibuloque ornatissimo eam illustravit quadrato, tam lato, quam ædes ipsa, marmoreis pavimentis nitenti, & porticibus in quadrum dispositis: quatum arcus sustinentes concamerationem earundem columnæ ingentes exquisicissimi marmoris sustinent. In medio vestibulo, seu atrio est Enneacrunos, desiliens in magnum craterem marmoreum. Circa ædem, ingens area partim parietibus, partim longis ædificiis cincta, quorum partem possident sacerdotes, & literarum doctores, partem orientalem horris muris clausus, in quo medio est sepulchrum Mameti Regis, quod construunt est in figuram cylindri, velut delubrum

S hemi-

hemisphaericum ex marmore candidissimo, tectum plumbo, fenestris cancellatis, & porta cum vestibulo ornatum. In hujus medio solo est oblium Mamethi holosericum tectum: solum stratum strigulis Attalicis, in quibus desident perpetui flamines sodales, illud noctes & dies servantes. Extra aream, via dantataxat intermedia, Xenodochia ingentia sunt, lapide quadrato similiter aedificata, areas in medio habentia, & porticus columnis marmoreis circumdatae. Xenodochiis adnexi horti magni, muris clausi. Denique aedes haec cum circumvicinis aedificiis claudentibus aream, & cum Xenodochiis, continet in ambitu circiter sex stadia. Sub horum aedificiorum claustro idem Mamethes Thermae construxit totius Urbis maximas in solo Cisternæ antiquæ, quam arbitror aut Arcadiacam, aut Modestiacam, quas Regionum Urbis descriptio ponit in Undecima regione. Haec Thermae duplices & geminæ sunt, nempe viriles & foemineæ, inter se quidem conjunctæ, sed portis divisæ contrariis, quibus ingressus non patet ex Thermae alteris in alteras Thermae. Describam duntataxat viriles, cui similes sunt foemineæ. In primo aditu habent Apodyterium, ex quo patet introitus in

in Tepidarium , ex Tepidario in Caldarium , quibus tribus membris thermæ constant inter se aditu conjunctis , sed recto & pariete divisis in rectum ordinem dispositis . Apodyterium est ædificium quadratum lapide quadrato constructum usque ad concamerationem rotundam opere lateritio factam , cujas ambitus interior continens ducentos & quadraginta pedes , & octo digitos , circumdatur suggesta lapideo lato plus sex pedes , alto tres pedes . Paries Apodyterii à pavimento ad imas radices concamerationis altus triginta septem pedes . In medio Apodyterii solo marmoribus strato Crater magnus marmoreus in ambitu continens triginta septem pedes , altus tres pedes , plenus aquis salientibus . Ex Apodyterio duabus portis patet aditus in Tepidarium , ædificium in ambitu interiori continens centum pedes , constans quatuor arcibus sustinentibus tectum hemisphericum efficientibus octo cellas ; quantum una dimidio cæteris minor , habens à tergo latrinas , in quas totius balnei aquæ confluunt ad eas purgandas . In hujus pariete fistula aquæ defluit , qua Turci , ut solent , ab excrementis redditis lavantur . Ex his octo cellis sunt sex , singulæ habentes labrum , sed ita dispo-

sicæ , ut ex duobus arcubus singuli in
medio habeant unam cellam , ex qua
ad dextram & sinistram ingressus pacet
in aliam cellam. Alii duo arcus sic cel-
las habent , ut is , qui est versus portas ,
ex quibus dixi aditum Apodyterio in
Tepidarium , habeat cellam tam ma-
gnam , quam ipse amplius est , in quo
labra sunt ubi in pavimento marmoreo
pannos Turci lavant. Quartus arcus
substructo muro dividit Tepidarium à
Caldario. In medio Tepidarii est Cra-
ter cum Siphonibus salientibus. A Te-
pidatio una porta aditum præstat in
Caldariuni. Tertium membrum , quod
constat octo arcubus sustinentibus he-
misphærium , efficientibus octo cellas
extra magnum hemisphærium receden-
tes circumdantibus Caldarium in am-
bitu continens circiter nonaginta pe-
des , habens solum marmore stratum ,
quod medium efficit velut suggestum
octogonum in circuitu continentem
quinquaginta septem pedes & dodra-
tem altum duos pedes & quatuor digi-
tos , quem circumdat alveus discurrens
inter octogonum & pavimentum , quo
aditur in cellas , tam altum , quam octo-
gonum. Cellæ quatuor interiores , po-
sitæ in quatuor angulis , quoquo ver-
sus sunt latæ undecim pedes & tres di-
gitos ,

gitos , usum præstantes Laconicorum , quorum sicco calore sudor elicetur . Eadem est mensura duarum cellarum extra duos arcus recedentium . Aliæ sex cellæ semicirculæ , quas efficiunt sex arcus , sitæ sunt in ambitu hemisphærici Tepidarii , largæ inter imas pilas arcuum undecim pedes , latæ quinque & do- drantem . Singulæ cellæ habent labrum marmoreum : præterea in una est so- lium marmoreum magnum . In parie- tibus Caldarii & Tepidarii , & cellarum , nullæ fenestræ sunt , sed duntaxat in tectis hemisphæticis , quæ tota ferè ple- na sunt foraminibus , quæ clauduntur vitreis supra tectum eminentibus , lam- padis inversæ similitudinem gerentibus . Extra Thermas est hypocausti præfurnium , largum duos pedes & semissem , totidem altum , perenni igne miliarium æreum inversum calefacientis , & flam- marum vaporem ejaculantis in cuni- culos rectos , & transversos subterra- neos calefuentes pavimentum Ther- marum superimpositum . Rivus ductus ab agro suburbano non longè à præfurnio , canalem efficit largum sex pe- des . Ex hoc derivantur cuniculi sive tubuli discurrentes per medios parietes circum Thermas : quorum unus tran- siens supra patinam miliatiam , calidam

S 3 aquam

quam intromittit salientem in labra epistomiis clausa: alter supra concavationem primi canalis transiens , frigidam in eadem labra ministrat altioribus fistulis , quas epistomiis clausas referant , quoties lavantes calidam temperare volunt. Sed de usu lavandi turcorum , & de ratione ædificandi balnea separato loco tractandum est. Nunc redeo ad institutam Regionem Undicimam , quæ Palatum Placillianum continebat , cuius Procopius meminicit Cùm, inquit, Regem Iustinianum Theodora Regina consolabatur his verbis: Habeamus regias alias , quæ Helenæ appellantur , & Placillæ à Placilla uxore magni Theodosii , quem ut Iustinus Sophiam conjugem illustravit regiis Sophianis nuncupatis , ita verisimile videtur Placillam nobilitasse Palatio Placillano , quam vehementer amasse Theodosium toti orbi patefecit Theodosii ita , qua ille exarsit in Antiochenos , quos in Laodensium tradidit potestatem , quod Placillæ statuas in foro suo positas evertissent ob novum vestigal impositum. Non addam jam cur Chrysostomus Andriantes scripsit. Potest etiam legi Palatum Flacillanum , à Flacilla , de qua Claudianus ,

Sola novum Latium vestigal Hiberia rebus

Cen-

*Contulit, Auguftos. Fruges, araria,
miles.*

*Vndeque conveniunt, toteque ex erbe
leguntur:*

*Hac generat, qui cuncta regant. Nec
laude virorum*

*Censeri contenta fuit, nisi matribus
aque*

*Vincet, & gemino certatim splendi-
da sexu*

*Flaccillam Mariamque daret, pul-
chramque Serenam.*

Bos æreus in Undecima Régione fuit:
sed in qua parte, conjicere possemus ex
magna Cisterna, quam recentes Histo-
riici traducent conditam fuisse prope Bo-
vem æreum à Niceta Eunucho tempo-
ribus Theophili Regis, si hæc extaret;
aut si extat, ejus nomen retineretur:
aut si Forum extaret, quod nonnulli
scriptores appellant Bovis Forum. Ioan-
nes Tzetzès in sua historia idem esse di-
cit Forum Bovis & Bovem locum ex
ærea Bove sic appellatum. Is qualis
fuerit, intelligitur ex Zonara: Phocæ
inquit, tyranni corpus infelix combu-
stum fuisse ad locum nuncupatum Bo-
vem, ubi caminus fuit ex ære factus, fi-
guram Bovis maximi getens, ex Perga-
mo advectus. Cedrinus scribit in hunc
Bovem inclusum martyrem Anupam

S 4 exu-

exustum fuisse. Quanta autem crudelitate laborarint aliquot tyranni Constantinopolitani, qui maleficos hoc tormento extuciarent, ex Tauro Agigentinorum ostenditur, quem Phalaris di tyranno Perillus à Plinio vocatus, ab aliis rectius Perilaus, Atticus faber zratius, mugitus hominis pollicitus igne subiecto, primus illum experitus cruciatum justiorem saevitia artificis: ejus opus, ut Plinius ait, nemo laudat; & diu olim servatum est, ut quisquis illud viderit, odio persequeretur artificis manus. Quæ causa artificem incitans potuerit, ut caminum effingeret in formam Bovis, non aliam veriorem repetio, quam usum lingue Græcæ, quæ Caminos appellare solet Boves bonis lateribus, & robuste præstantes. Ut enim Camini habent præfurnium in latere revolut portam, ita Perilaus portam in latere Tauri effecit. Bovem hunc æteum traductum Constantinopolim fuisse ex Sicilia, aut Italia, potius quam ex Pergamo, conjicio ex direptionibus regum Constantinopolitanorum, qui totum orbem spoliârunt ut suam novam Romanam ornarent. Iam vero ubi hic Bos æteus fuerit, à permultis civibus percunctatus sum, sed à nemine intelligere potui: quamvis non ignorantem Bovem

venit quendam fuisse. Constantinopoli æreum; quamvis à majoribus suis, quasi per manus oraculum de hoc Bove æreo traditum jactitare soleant: quamvis ejus interpretationem suis temporibus autibus rectius, quam Ioannes Tzatzes vir quidem studiis, qui in sua varia historia ante trecentos & septuaginta annos scripta ita id interpretatur. Oraculum, inquit, Constantinopoli jactabatur ejusmodi, βός θεός τε, καὶ ταῦτα ἐγένετο: *Bos magiet, tamen ingebit.* Et hoc Constantinopoli imaginati sunt fore calamitates, & meius, ut innumerabiles exercitus Alemannorum, atque aliarum gentium, contra Constantinopolim venuti essent; omnesque, quod expectarent Vrbis eversionem, direptionemque obstupefacti erant, atque insomniis perturbabantur. Tunc uxor Megaletæriarchi perstrefacta præduntiatione exercitum illorum innumerabilem, & per vulgatis verbis fabulose complicitis, effugiente animo ea, quæ temerebantur, existimat se videre per insomnium illa, quæ in sermonem hominum venetant: Constantinopolim primò quidem habete murum laceratum; circa vero Bovem Forum, sive ad Boyem locum visa est videre exercitum, atque copias armatas;

cas; circa Taurum hominem mortuum
percussu manuum & lugubri voce do-
lorem testantem. Hoc insomnium mu-
lier conspicata praesignificare extremam
calamitatem impendere Vrbi arbitrata,
indicavit Tzetzæ, qui interpretatus est
murmur lateritium praedicere frugis ab-
undantiam, atque annona copiam Con-
stantinopoli. Scitis & inquit, qui ade-
stis, ubertatem annonæ, quæ tum fuit:
illud verò exercitum, & multas copias
armatas circa Bovem esse, atque mo-
stum hominem ad Taurum sedere, dixit
fiacem esse oraculi perulgati; illius di-
co, quod prænuntiat Bovem clama-
turum, & Taurum ejulaturum: sed
non ut imaginati sunt ii, qui metus co-
gitant, sed finem esse ad utilitatem om-
nibus nobis civibus. Itaque audi Augu-
sta, & doce etiam alios, & dic, Tze-
tzes ita me docet: Bovem nos Græci fe-
minam Bovem nuncupamus, quanquam
interdum Taurum, & Vitulum Bovem
appellamus; Taurum autem propriè Bo-
vem matrem nominamus, Taurum au-
tem hunc Italum vocant Latini. Bos igit-
tur nostra, semper Vrbs Constantini ex
Tauris Italos Romanis condita omni ge-
nere armorum plena, & communitibus,
& exercitibus classicum canet contra ho-
stes: Taurus verò Italos exercitus Lat-
norum

torum expallescet multo meu , & lugebit , si Rex non seducatur potentis sermonibus. Arguta quidem hæc Tzetzes interpretatio , ut hominis adulantis Reginæ , & sibi facile persuadentis , quæ cupiebat : ut est ingeniosa hominum imbecillitas ad se circumstibendum. Sed longè verior erat illa , quam redarguere Tzetzes conatur , per vulgata oraculi interpretatio , quæ tum per animos Constantinopolitanorum pervaserat , exercitum Latinorum expugnaturum esse Constantinopolim , ut revera paulò post expugnavit , ditipuit , incendit , Vrbisque tyrannos alios ex Tauri summa columna Theodosii præcipitavit , alios ad Bovem æreum combussit. Similiter idem Tzetzes argutulus videri cupit conjector alterius oraculi , quod ipse narrat & interpretatur , sed frigidè & ridiculè : ut postea docuit exiguis , γαγ̄ σοὶ ὦ ιπτάλεφς , ὅτι οὐ χλιαίσθαις : id est , Væ tibi Constantinopoli , Septem colles incolenti , mille annos non ages. Id oraculum fuit alterum Constantinopolitanis , ut illud quod antè dixi , *Bos clamabit , & Taurus eus labit.* Postquam , inquit , illud ipsum pulchritè & commodè dissolvissim , meæ interpretationi alterum objectum est : scilicet , O Constantinopolis , quæ septem colles incolis , non mille

mille annos ages. Sic interpretatus sum, non esse intelligendum, ut vulgo intelligunt *s'cū* adverbium luctuosum non esse unam partem, sed duas partes orationis, nempe *s'cū* negationem, at *cū* significare sive: & ita aptandas esse. Si ve ḥ Constantinopolis mille annos non ages: sed intra mille annos et si evertaris, tamen non vñ, & luctus tibi, sed gaudium erit, ut major extruaris, ut amplius splendeas. Dissolveris enim ad bonum eorum, qui te dissolvent. Occultè adulatur principibus civibus factiōnum de imperio contendentium: nam si de hostibus externis intelligeret orbem dissoluturis, delira esset illius interpretatio. Sed quoquo modo intelligat, delitat. Nam sive à civibus, si ve ab externis dissoluta est, non gaudium fuit Constantinopoli, neque modo divinis oraculorū p̄enuntiationibus prædictum est Constantinopoli mille annos non duraturam, sed etiam Astronomorum præscientia. Quidam (sicut ait Suidas) historiarum monumentis prodiderunt Constantinum Magnum postquam Vrbem absolvisset, vocasse Astronomum muncupatum Valentem, illius temporis hominum qui Astronomiæ darent operam præstantissimum; eique præcepisse, ut Vrbis sydus

deis natalium & horoscopum obser-
varet , ut nosceret quot annos esset
permansura. Valens in sexcentos &
nonaginta annos ipsam duraturam esse
varicinatus est : at hi jam multò antè
præterierunt. Itaque , Inquit Zonaras,
oposceret Valentis prædictionem menda-
ciam esse; artemque Astronomiæ aber-
rare ab horoscopo , aut illos annos Va-
lens m̄dicere convenit , in quibus po-
litici mores obserabantur , & tranquil-
litas , & Senatus honorabatur , & Con-
stantinopolitani cives florebant , & le-
gitima erat regii principatus admini-
stratio , non tyrannis dominantium,
compluia existimantium propria sua
bona , hisque ad suas libidines explen-
das abutentium. Iam verò ut absolvam
oracula , quæ à magnis vitiis tradita
sunt de hac Vrbe , venio ad Zosimum
antiquum authorem , si cum Ioanne
Tzetzà & Zonara conferas. Ille enim,
inquit , Constantinopolim in tantam
magnitudinem creuisse , ut nulla Vrbē
alia esset cum ipsa conferenda , neque
magnitudine , neque fœlicitate : sed ta-
men ait , cùm dju multumque conside-
rassem nullam ex deis prædictionem
majoribus nostris datam esse de Con-
stantinopolis incremento in meliorem
fortunam , multos Historicos , multa-
que

que oracula perlegi, ac cum in his deputationibus longum tempus consummisset, incidi tandem in oraculum Sibyllæ nuncupatae Heritrix, sive Phaellis, sive Phaenæus Epikotidis: nam & hac divino afflato percita oracula edidisse dicitur, cui obtemperantem Nicomedem filium Prusiz, & ad ea accommodantem, quæ sibi utilia viderentur bellum suscepisse contra patrem Prusiam Attalo obtemperantem. Oraculum autem Sibyllæ habet sic,

Ω βασιλεῦ Θρηνῶν, λέπυδες πόλεων
αποδίδεις,
Αὐξήσεις τοῦ λέοντος μέγας γαρ φύσις
θέρος.
Ος ποτὲ κινήσει παιγνιός κέμπεις
χώρας,
Γαῖαν δὲ αἰρῆσθε μέχθω ἔπειρος ἀλλε
σὲ Φοιβός
Σκηπίζοις περιγράψεις παρέβαλεν μετ'
λας δηρὸν,
Ἐκ τοῦ θρόνου πιστέεις φῖοι κινέεις ἀμφίσ
τηχεῖς,
Κινήσεις τοῦ οὐδείτος λύκον γαρ φύσις
δέλλος.

Ovid

Οὐδὲ ἔθελον γαίας οὐταὶ ζυγῷ αὐχένας θήσει.

Τότε Βιθύνια γαῖαν λύκῳ οἰκήσας
Ζήνως ἐπιφροσύναις ταχὺ σῇ ἐπιβήσει αἴρειν

Αὐδράς οἱ Βύζαντοι ἔδραν κρίαν
ταύταις θεοῖς,

Τελομένιαρ ἐφείματις λέλυκρεις αἰ-
νόλυκρεις πίηξη κρεψίερης

Τὸν ἀνάγκης οἶμεν γῆν εἶσαι θεοῖς
ταύταις ἔθελον

Οὐκ ἔπειτα γῆς οἱ πατέρες γέοντες αἰ-
ναδέντες

Αἴθεντας λογίων θεοῖς δύδαιροις
οἰδέντες.

Θρῆνος κύδμείας πῆμα. τόκοις οἱ
σύκηπτηλῶν.

Πέτραν ποῦδας κρικόνας καὶ τῆς Φέρ-
ας

Τερηχὺ παρὸν πέντε ταλάντους ἐπέντα-
ταιται εἴλακοι:

Καὶ μέγαν οἰδησθεν ταχὺ τὸν ράγην αἰ-
μορρόποσθεν.

Hoc oraculum, inquit Zosimus, ut ita
dicam, revera ostendit, & enigmaticè
dicit omnia fuisse Bithynis mala obtri-
buto-

buitorum postea ex ipsis exactorum gra-
vitatem: & præsignificat, ut principa-
tus celeriter perveniet ad vitos, qui By-
zantis sedem incolunt: ac si longo pōst
tempore hæc prænuntiata non accide-
rint, ne quisquam putet excessisse: om-
ne enim tempus breve Deo semper con-
sistens, & futuro. Et hæc quidem, in-
quit, ex oraculi verbis, & rerum even-
tu conjectavi: fin alia sententia oraculi
cuiquam videatur, eam sequatur. Dein-
de ut confirmet suam opinionem de hoc
oraculo, scribit ut **Constantinus Ma-**
graus ejusque filii summis tributis Bithy-
niam, & totum orbem oppresserint, ut
urbes desertæ manserint. **Ioannes Tzet.**
zes nobilis Grammaticus, & Histori-
cus, multis seculis post Zosimum ora-
culum aliter interpretatur, edocet us tem-
pore rerum inventore. Quidam, inquit,
hoc oraculum dicunt esse Sibyllæ, alii
verò Epirotidis Phaënnus. Epirotis, in-
quit, Phaënnos tot antè seculis prædixit
facta paulò ante nostram ætatem, quo-
modo Regem Romanum vincere Persæ,
supraque collum ejus calcabunt velut
servitati addicti, & suus populus & Pro-
ceres quomodo hunc ab imperio dej-
cient; & quomodo Persæ obtinebunt
omnem Bithyniam, & Scythæ quo ino-
do bellum conflabunt, & suscipient con-

tra genus Romanorum: καὶ τὸν λεγόντα πούτη συμπάθειαν σύρειντον οὐρανοῦ ορακούμ, quod de Turcis φαίνεται. Ceteros ejus, inquit, versus praetereo, dicam paucos.

Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖας λύκοι οἰκήσας
συζητεῖ

Ζήνως ἐπιφρεσσύνης, τηνὸς εἴ τι
βούτην αὔδρας.

Αὐδρας οἱ Βύζαντοι τὸν τραγουδάνες
τετράν.

Oraculum hoc estī antiquissimum, tam
men in tot Urbis ruinis nunquam adeo
liquidè patuit, quam nunc sub imperio
Turcorum. In supercilio quarti collis
vergenis ad Solis ortum visuū tem-
plum Pantocratoris illustre memoria
recentium scriptorum, cuius parietes
interiores vestiti crustis marmoris va-
tii, quod duplices porticus habet, &
pluta recta hemisphærica, tecta plum-
bo, quorum maximum sustentatur qua-
tuor columnis Pyrrhopæciliis, qua-
rum perimeter habet septem pedes: al-
terum Hemisphærium sustentat̄is qua-
tuor arcibus, quos fulciunt̄ quatuor
columnæ marmoris Thebaici. Est item
in quarti collis latere meridionali, co-
lonna par, & similis ei, quam dixi in

Exocionio paulò ante stantem , super traductam in Basilicam Regis Soleimani. Habet in basi circulum illum laureatum , radiatum , similicudinem crucis labaricæ gerentem , qualis in Xerolophi columna cochlide Arcadii videtur. Ad radices quinti collis est duplex murus intra se claudens vicum domorum , quem nunc vulgo appellant Phanarium , ex eo , quod una nocte ad lucernam constructus fuerit instante obsidione. Vbi ex Dionysio arbitror fuisse locum , qui Mellacopsas appellabatur : cur ita appellaretur ostendi in Bosporo. In dorso quinti collis est ædes Regis Selimi cum Xenodochio , ejusque sepulchro : ibi etiam prope est Cisterna ingens , in pratum converta spoliata columnis & cameris.

C A P. III.

De sexto colle, & Decimamquarta Regiona.

VRbis descriptio Regionam , traditæ Decimamquartam Regionem licet in Vrbis parte numeretur , tamen quia spatio interjecto divisa esset , muto proprio vallatam , alterius quodam modo speciem civitatis ostendere. Esse vero progressus à porta modicum suu planam;

nām ; dextro autem latere in clivum surgente usque ad murum ferè platea spatiū nimis pronam. Continet in se Ecclesiam , Palatium , Nymphæum , Thermas , Theatrum , Pontem subli- cium , sive ligneum. Quispiam fortasse , qui Constantinopolim non vidit , ex hac descriptione facile putaverit sciri posse , in qua parte sit decimaquarta re- gion , præsentim jam undecim cognitis , & tertiadecima , & duodecima , quam mox cognoscendis : at cum nulla ex- tent , quæ traduntur in ea fuisse , ne pons quidem sublicius , neque aqua , quæ hoc ponte trajiceretur facile co- gnoscatur , disceptatio relinquitur in- quirendi in quo loco fuerit : nam ne- scio , quæ illa porta fuerit , à qua dicit progressis modicum planam. Quod verò ait dextro latere in clivum surgente , fa- cilè intellegeretur , si scirem quid appel- let dextrum latus. Iam verò in quinto colle fuisse hæc non videtur , ex eo , quod dicit interjecto Spatio divisam , quo exi- guo divisa fuisset , inconsultumque fuis- set , iam muto proprio distinguere à pro- priis Vrbis muris. Huc accedit , quod nullus pons fingi potest fuisse in quinto colle , neque in sexto aut septimo colli- bus Vrbis , neque extra Vrbem ullus pons extat , neque vallis intercedens in-

tra quintum & tertium collem possem nullum habet, neque aquam, nisi cogitamus sinum aliquem, qui nunc obtrusus sit habuisse, qui ponte transiretur. Iam si existimamus ultra sextum collem, ubi vicus hodie Aivasarius nuncupatus, facilis quidem constabit illuc pontem fuisse, quo trajiceretur sinus Ceratinus. Vbi prope fundamenta pilatum pontis videntur, at verisimilius videtur collem sextum vicinum habitatum fuisse propter commoditatem viarum à Thracia, priusque vicinum, quam longinquum censendum inter Regiones Urbis: praesertim cum plerique scripserint sextum collein habitatum fuisse suburbio Hebdomino appellato, quod aliaque suburbana aedificia, ut intra urbem includeret, propinquitas loci invitavit Theodosium minorem ad promovenda urbis moenia.

C A P. IV.

*De Hebdomo suburbio Constantinopoli,
& triclinio Magnanis, & Cyclois,
& de flava Manritiis ejusque armo-
mentario, de loco nuncupato Cyne-
gio.*

*S*vburbium Hebdomum appellatum in
sesto colle fuisse, qui nunc est intra

turbem, ostendit ædes divi Ioannis Baptiste, quam etiam nunc Græci vulgo vocant Prodromi. Ea in latere ad Solis ortum pertinente sita est, à Turcis maxima ex parte diruta, ubi aliquot columnæ marimoreæ extremam rapinam metuentes supersunt, sed paucæ ex multis ablatis. Quām autem illa sumptuosa fuisset, cùm alia vestigia indicant, tunc Cisterna Boni nuncupata (ex eo, quod eam Patricius appellatus Bonus condidit) paulò supra eam ipsam sita, longa trecentos passus, columnis & concameratione spoliata, in qua nunc horri vitent. Sozomenus ait Regem Theodosium majorem caput Ioannis Baptistæ ex vico nuncupato Coslao, qui vicinus erat Pantichio loco Chalcedonis, traduxisse & posuisse ante Vrbem Constantini in Hebdomo nominato, maximumque & pulcherrimum Deo ibidem exercitale templum. Idem gradit Theodosium cùm educeret exercitum contra Eugenium, ex Vrbe Constantini egressum, ut sibi exercituique bene & feliciter exitus belli eveniret, à Deo precatum fuisse in æde, quam in honorem Ioannis Baptistæ in Hebdomo ædificaverat. Procopius nimium rhetoricè adulatur Iustiniano, quem instauratorem hujus ædis tradit ædificale eam in suburbio appellare.

lato Hebdomo. Zonaras ait regnante Constantino Pogonato Agarenos gravi classe Urbem obsedit, quæ stationem habebat à promontorio Hebdomo suo ad Occasum usque ad Cyclobion. Similiter historiæ aliaz tradunt à promontorio nuncupato Hebdomo ad Occasum pertinente, sive à domo Magnauræ usque ad Palatum Cyclobion spectans ad Orientem stetisse classem Agarenorum. Ex quibus obiter colligq. Magnauram fuisse in Hebdomo. Cedrinus Magnauræ solarium roundum scribit condidisse Philippicum Regem, illicque in atrio suam statuam armamentariumque collocasse. Alii scribunt Mauticum Imperatorem Magnauræ triclinium adificasse, in ejusque atrio posuisse suam statuam, armamentariumque ibidem constituisse. In triclinium Magnauræ hi versus extant incerti Poëtae:

Εἰς τὸ Τερέλιων τῆς

Μαγνωρέως.

Οὐραλέως τελύπαλαι τῷδε Δ.
μον βασιλίης,
Λίχιμὸν ὁλοκότεραν δῶν τοποῖο
λαζήτες,
Αὐτὸς αὖτε Ηράκλης σὺν Καυγα-
τίῳ φύει.

Cister-

Cisternam Magnaurz, quæ erat in Palatio, Heraclius obruit, quam, ut ait Cedrinus, Macedonius Rex purgavit, in pristinumque statum restituuit. Quidam si minus vere, tamen apicet radunt Triclinium Magnaurz dominiarum ex eo, quod Anastasius Rex cum ibidem ob horrendam tempestatem ventorum & tonitruum, & fulminum extinguitur, clara voce dixerit: *Magna perimus terra.* Pulcheria Theodosii minoris soror ab administratione Imperii remota secessit, & apud se vixit in Hebdomo. Nicephorum Phocam, Zonaras inquit, appropinquantem Vtbi à populi factione Praefixa appellata exceptum magno aplausu, cumque in Hebdomo corona-tum à Patriarcha Constantinopolitano. Cur verò id suburbium nominetur Hebdomam, existimo à septenario numero suburbiorum, quæ nomina retinuerunt etiam inclusa in Vtbe. Procopius tradit Iustinianum in Regione urbis, quæ appellaretur Secunda, adem divæ Annae edificasse. Ignotus scriptor patræ Constantinopolitanæ rationem affert, cur appelletur secunda: In loco, inquit, appellato Secundo, stabant Iustiniani Rhinocereti statua: banc demolicus est Bar-das Cæsar Michaël avus Theophili, & confregit. Appellatus est Secundus lo-

cus ex eo , quod Justinianus in exilio projectus in Cibersonem à patritio Leone retum potente , ubi cum decim annos exul mansisset , profectus est ad Tobelum Regem Bulgarorum , cujus filiam nomine Theodotam duxit : eoque exercitus datus est , quem duxit contra Constantinopolim ad repetendum suum principatum . Quem cives cum nobis fecerint recipere , ingressus est per cuniculos Aqueductus in Urbem , ad locum ubi restabant fundamenta columnarum suarum , quam adversarius everterat : & secundum regnum adeptus . Secundam columnam ibidem restituuit , sedemque ibidem divam Annam edificavit ? ex eoque locus appellatus Secundus . At , ut iam dixi , Procopius tradit , magnum Justinianum eam condidisse in Regione Secunda , quam ante Theodosium minorem (qui muros Urbis promovit) existimo suburbium fuisse septimi collis , hoc est , Duodecimæ Regionis ex Cedrino , & aliis . Fuerunt , inquiunt , terræmotus horribiles , qui murum Urbis in Exacionio evenierunt , & templo magnifica , & domos splendidas in Porta Urbis Aurea Victoriae signum prostraverunt , & in Secunda Regione ad divam Annam loca tremerunt . Hæc pluribus dixi , ne quis additur ; & quæcetera putet esse in numero Regio-

Regionum, quas antiqua descriptio trahit quatuordecim fuisse Vrbis. Procopium miror in tot adiiciis Vrbis describendi nonquam earum meminisse, cum Iustinianus in suis constitutionibus meminerit. Inter Palatum Constantini, & Portam Vrbis Adrianopolitanam, erat aedes insepeimo colle, quæ et si jam tot secula sit intra Vrbem, tamen etiamnum ἡγιεῖος χαίρει appellatur, ex eo, quod olim esset extra Vrbem ex tribus partibus, ut mos est Graecarum aedium sacrarum: porticu cingitur, paries ejus intrinsecus vestiti crustis marmoris varii quadratis, ita inter se coniunctis, ut distinguantur ab imo sufficiens versus modulis astragalorum, aliorum baccatorum, aliorum teretium fine baccis. Supra quadratas crustas discutunt tres fasciae, & tres velut astragali, quorum duo teretes supremus quadratus velut regula, supra fasciam denticuli, supra denticulos folia Corinthia, denique marmor sic mensulis distinguitur, ut in commissuris eluceat labor Corinthius: sed is plenior appetet in aede Sophie. Iam vero ex his, quæ post addam, cognoscetur Hebdomum suburbium fuisse in Decimaquarta Regionum Vrbis continente in se Palatum. Nunc ex tot antiquis Palatiis nullius

nomen extat , nisi Palatii in septimo colle siti , quod etiamnum appellant Constantini , ex cuius aedificiis restat unum cum aliquot columnis & cisterna , in qua elephanti stabulantur. In planicie littorali posita ad radices sexti collis vergentis ad ortum solstitii australi , est porta Palatina , sive Cynegia appellata , ubi Platani extra portam . Própe portam extant intra murum tres arcus magni , nunc substructi , olim patentes , per quos ingrediebantur cratices in Portum Manufactum intra muros clausum , ad commoditatem propinqui Palatii , nunc obtutum , & conversum in horum culturam . Cynegia celebre est scriptis recentium , ut etiam Suidas non alienum putaret in suum Lexicon hanc historiam inserere. In Cynegio , inquit , appellato projiciebant mortis condemnati. Erant quadam illuc statuae . Theodorus Anagnites eò profectus cum Imerio Chartophylace vidit illuc statuam parvam quidem longitudine , sed crassitudine magnaam. Me autem contemplante inquit Imetius , Contemplate ; quis condidit Cynegiop. Cui respondi , Maximinus condidit. Aristides dimensus est ; statim cecidisse columnam , & affixisse Imerium , ut vestigio moreretur. Ego metu percussus

sus ad templum fugi, & quod accide-
rat denunciavi. Id autem hominibus
minime credentibus, jurejurando af-
serui. Domestici defuncti, & quidam
Regis ministri, ad locum mecum pro-
fecti sunt. Qui cum admirarentur ca-
sum virti, & columnarum, Ioannes qui-
dam Philosophus dixit, se invenisse ab
animalculo præclarum vitum interitu-
rum, à quo persuasus Philippus Rex,
hunc animalculum in eodem loco terra
obrui jussit. Iustinus tertius Tiberium
& Leontium, qui triennium impera-
vorum è vinculis eductos per Forum &
Theatrum simul junctos rapi ab equis,
aque ad ejus pedes distractos, cum eo-
rum cervices calcasset, in Cynegio spe-
stante populo interfici jussit. Id Thea-
trum, per quod dicit simul junctos ra-
ptos; existimo fuisse Theatrum Vena-
torium: nam, ut Roma fuit Ἱερός
ποντικὸς, ita fuit Byzantii, ex Proco-
pio, qui tradit Iustiniani avaritia Thea-
tra, Hippodromos, Cynegesia maxima
ex parte omissa fuisse.

Cap.

CAP. V.

*De Blachernis, & de Triclinio Blacher-
næ, & Palatio; Aqueductus, & de
multis locis antiquissimis.*

Antiqua Regionum descriptio dicit quidem Decimam quartam ædem sacraam continere, sed non nominat, neque meminit Blachernarum, quamvis ita qominarentur antequam Severus Byzantium evertisset, ut post declarabo, quæ extra Urbem essent non modo cōtempore, quo scripta est illa Regionum descriptio, sed etiam vivente Iustiniano: quem Procopius scribit ædificasse templum Virginis Mariz ante mœnia Urbis, in loco appellato Blachernis. Miretur hoc templum, inquit, ingressus, ingentem quidem molem citra alium periculum constitutam, cernens ipsam magnificentiam ab omni infidelitate alienam. Puto Iustinianum hoc templum refecisse: nam Zonaras tradit, Pulcheriam Marciani uxorem templum in Blachernis ædificasse, & Mariz Virginii dedicasse. Pomponius Lætus hoc à Theodosio conditum tradit. Cedrius testatur Iustinum nepotem Iustiniani templo Blachernarum duos arcus addidisse. Cùm ex antedictis Procopii con-

stat



stat Blachernas extra Vrbem esse, tum
 ex Agathio. Instantibus, inquit, Barba-
 ris permisso Iustiniani omnia templo ex-
 tra Vrbem sita, quæ à Blachernis ini-
 tium sumunt, usque ad Pontum Euxi-
 num, spoliabantur armamentis, & in-
 tra Vrbem servanda træducebantur. Ho-
 die prope Xylo portam & angulum Ur-
 bis occidentalem, inter radices sexti
 collis, & sinum ædis factæ intra Vrbem
 sitæ, quam Virgini Mariæ factam di-
 cunt fuisse, eique fontem sacrum adhuc
 scaturientem ostendunt Græci, Blacher-
 namque locum nominant, vestigia ex-
 tabant, cum venissèm Byzantium, quæ
 funditus nunc ferè effossa sunt, & de-
 letæ. Ex imo clivo sexti collis eminenti
 supra templum Blachernæum prodiit
 Aquæductus duabus fistulis, ejus aqua
 salit, quarum altera clausitur episto-
 mio, altera perennis fluit, hunc ex Hy-
 drale fluvio antè dixi Andronicum Re-
 gem conduxisse in regionem Blacher-
 nam, ubi anteâ aqua fluviatilis nulla
 erat. Anastasius Rex magnum Tricli-
 nium ædificavit in Blachernis, quod
 etiamnum ætate Suidæ dicebatur Ana-
 stasiacum. Tiberium Regem construxis-
 se publicum Blachernarum Balneum,
 Zonaras, & alii scribunt. In Blachernis
 regium Palatium fuisse etiam nunc æta-

302 DE TOPOGRAPHIA
te Zonarz , atque multò infrà , usqæ
ad Manuelem Regem ex historia liquet
recentiorum . Vnde verò locus Blacher-
nas appelletur , in suo Anapio Bospo-
tico docet Dionysius Byzantius , à quo
loca descripta à quinto collis radicibus ,
ad extremum angulum Vrbis , & collis
sexti , paucis repetam . Post locum , in-
quit , qui nominatur Mellacopsas (hunc
autè dixi fuisse sub radicibus quinti col-
lis) duo loca sunt omni tempore anni
piscationem , ad deprehensiones extemas ,
quas efficiunt lingulæ collum , & adfun-
citus profundos quietos à ventis , lar-
gientia : quorum alter Ingenidas dicuntur
ab heroe Indigena , alter Pitzicūs , à Pi-
tzio Atheniensi , vel ut alii dicunt , ab an-
tiquo quodam incola : in quorum me-
dio locus est nominatus Cittos à copia
hederae ibi facile provenientis . Pitzico
loco continuus est Camara locus prodi-
vis , & ventis obnoxium littus , itaque
multum à mari percutitur . Inde supra
Thalassā , finis totius sinus Ceratini ,
ubi est initium influentium in sinum flu-
minis : nominata enim sive ob illo-
rum vicinitatem corruptentium natu-
ralem maris aquam , sive quod immo-
bilis , & minus affecta ventis , ac po-
tiùs ab influxu fluminis , assiduā mol-
lempque materiam afferentium efficiente
mare .

mare coetosum , ubi tamen est copia pis-
cium. Hujus maris marcidi primus lo-
cus appellatur Polyrtherius , à vito Po-
lyrhero. Post hunc Vateiascopia , à
mari profundo : tertius Blachernas , no-
men barbaricum , à quodam ibi regnante
adeptus : ultimus Paludes.

C A P. VI.

*De ponte, qui est ad divum Mamantem , & de ejus Hippodrome , & Leone areo , de Mauritii Regis se-
pulchro.*

NON Historici modò, sed euiam Grammaticus Suidas , tradunt ad divum Mamantem pontem fuisse duodecim fornicibus constantem : Multæ enim aquæ eò defluebant. Vbi etiam Draco æreus statutus erat , propterea quod illic serpens aliquando habuisse existimatetur , ubi multæ virgines prægnantes fiebant. Basiliscus enim quidam , qui amavit hunc locum , quique ex cohorte Numeriani Cæsaris fuit , itilic habitavit , & templum excitavit , quod postea Zeno evertit. Constantinas Iconomachus Andream Calybitem memorabilem vi-
rum apud Blachernas in Hippodromo divi Mamantis flagris interfecit. Zona-
ras narrat Mauritium Regem sepultum fuisse

fuisse in templo divi Mamantis prope
murus, quem ædificavit Phrasmanes
eunuchus, Iustiniani cubiculatus. Ce-
drinus dicit templum Mamantis esse pro-
pe portam nuncupatam Xylocercon. A-
lli tradunt Crunnam Bulgarorum Re-
gem Constantinopolim circuisse à Bla-
chernis ad Auream portam. Quam cùm
capere se posse diffidisset, cucurrit ad
divum Mamantem: Palatum illuc si-
tum incendit, & Leonem æreum posi-
tum in Hippodromo simul & Vrsum,
& Draconem, & electa marmora, cùm
reverteretur, exportasse. Sozomenos
loquens de his, qui expulsi sunt pro-
pter Chrysostomum, ex Urbe egressos
scribit convenisse in locum situm ante
Urbem, quem Constantinus Rex in
Hippodromi spectaculum purgaverat,
& mutis ligneis circumdederat, quem
arbitror postea appellatum Hippodro-
mum divi Mamantis. Zoëras addit
Leonen Regem metu incendi, quo
Urbs conflagrabat exivisse ex Urbe, &
plurimum mansisse ad divum Maman-
tem. Cedrinus Theophilum Regem di-
cit certamina equestria exercuisse ad
templum martyris Mamantis, in Se-
so situm. Ex antè acervatim collectis
patet divum Mamantem fuisse ad Bla-
chernam; pontemque illuc fuisse, id quod
confir-

confirmat Ioannes Tzetzes in sua Varia Historia, cùm ait ex Abydi angustiis usque ad pontem Blachernarum Hellepon. tum appellati. Ex quo liquet pontem illum fuisse ubi pilæ cœrdantur lapideæ antiqui pontis, sed non extra aquam eminentes, nisi aliquando æstate, sitæ inter angulum urbis Blacherneum, & suburbium, quod Turci appellant Abbasium. Hunc illum jam prouinciare possumus esse, quem antiqua descriptio Regionum Vibis appellat ligneum, & ponit in Decimaquarta Regione, in qua diximus fuisse suburbium Hebdomum. Hoc unum adverte ex Suida, Pontege divi Mamantis habuisse duodecim fornices, itaque lapideum tum fuisse, aut Suidam loqui de alio templo Matantis alibi sico.

C A P. VII.

De septimo colle, & Duodecima Regione, & de Columna Arcadii.

EX columna Arcadii, quæ etiamnum extat in septimo colle, nuncupato Xerolopho, diviso à sex collibus valle lata, colligo fuisse Duodecimam Regionem, quæ Portam Auream à civitate perentibus in longum plana omnis consistit, sed latere sinistro mol-

lioribus clivis deducta matis confusio finiebatur. Continebat in se Portam Auream, Porticus Troadeas, forum Theodosiacum, Portum Theodosiacum, & Columnam intra se gradibus per viam, quam Arcadius imperator excavavit in Xerolopho, etiam nunc in nostram statu nomen retinente, & supra ipsam collocavit statuam suam, qua cecidit regnante Leone Cibone terramotu, quo vehementer concussum est Byzantium, & quo multa templo, & domus ceciderunt multitudoque hominum oppressa est. Cedrinus declarat hanc Columnam Arcadii ex omnibus partibus similem Columnam Theodosii in Tauro positam. Habet stylobatem, basim, & capitulum. Ejus scapus cum spiga & capitulo constat lapidibus viginti & uno. Præterea supra capitulum duo lapides existunt. Stylobates constat quinque lapidibus, omnibus adeò conjunctè inter se commissis, ut si vel terramotu, vel vetustate nunquam concussa fuisset, ex uno, eodemque lapide tota Columna constare videretur. Hi lapides alii supra alios impositi, & conjuncti tanquam spondyli ianuas excavati, solum Columnæ ambitum uerba, & perpetuum præstant, fenestellis illustrem, & grades efficiunt. Vnde enim quisque lapis pertinet

ēm graduum efficit. Et ambitum scapi, velut murum, incœpi numerare, à lapide supremo fastigante Columnam usque ad imum gradum. Supremus igitur lapis continens portam, qua scanditur supra capituli abacum, altus circiter tredecim pedes, & dodrantem, cameratus, & convexus tegit totam Columnam. Porta alta sex pedes & duos digitos, larga pedes tres & dodrantem. Secundus lapis, sex pedes altus, continet supremum gradum possum supra abacum capituli. Tertius, altus quinque pedes & quatuor digitos, continet abacum, & totum capitulum. Quartus, altus quinque pedes, exceptis duobus digitis. Quintus altitudinem habet quinque pedum minus duobus digitis. Sextus quatuor pedum & dodrantis. Septimus quinque pedum & digitorum duorum. Octavus quatuor pedum, & quatuor digitorum. Nonus sex pedum. Decimus quinque pedum. Undecimus quatuor pedum, & quatuor decim digitorum. Duodecimus quatuor pedum, & dodrantis. Decimus tertius quinque pedum. Decimus quartus quinque pedum, & digitorum duorum. Decimus quintus quinque pedum & semipedis. Decimus sextus quinque pedum & semissis. Decimus septimus

quinq̄e pedum, & decem digitorum.
 Decimus octavus sex pedam & semissimam.
 Decimus nonus quinq̄e pedum, & di-
 gitorum quatuor. Vigesimus sex pe-
 dum & semipedis. Vigesimus primus,
 qui initium scapi facit, sex pedum, &
 digitorum quatuor. Infra scapum la-
 pidés continentē spiram stylobatē
 sunt sex: quorum summus altas qua-
 ternos pedes & dodrantem, secundus
 totidem, tertius quatuor pedes, qua-
 rtus pedes quatuor, & semissimam, qua-
 tus totidem, sextus & infimus quatuor
 pedes. Singuli supradicti lapides ex se-
 gradus faciunt, & ambitum velut mu-
 rum distinctum fenestris quinquinqua
 sex. Gradus autem circiter ducenti tri-
 ginta tres sunt, duorum generum: alii
 enim per anfractus, alii cochleæ in mo-
 dūm: Stylobates ascendit ut quinque
 anfractibus normatim affurgentibes:
 unusquisque anfractus areolam unam
 habet, qua ascenditur ex uno ambientu
 in alterum. Primus anfractus habet gra-
 dus sex, secundus totidem, tertius octo,
 quartus novem, quintus totidem, om-
 nium infimus vicinus limini iufeto ja-
 nuæ, altus digitos decem, largus pe-
 dem unum, longus pedes duos, & no-
 vem digitos. Similes sunt totius quinti
 anfractus, cuius area quadrata quoquo-

ver-

versus lata duos pedes & novem digito-
res. Post quinque anfractus est initium
scapi, cujus gradus primi alti decem di-
gitos, lati juxta murulum scapi pe-
dem, in medio pedem & dodrantem,
longi pedes duos & novem digitos: ul-
timi alti novem digitos. Scapus Colu-
mnæ interior habet ambitum viginti
octo pedum. Crassitudo muri, quo vel-
ut thorace gradus clauduntur, est duo-
rum pedum & trium digitorum, in ima
columna, at in summa pedis & do-
drantis. Iam si quis me curiosum di-
cet, quod singulos lapides mensus sim;
curiosissimum dicet illum, quem Thucy-
dides probat, quod muri hostilis lateres
numerasset, ut altitudinem deprehenderet. Ipse exteriorem ambitum me-
titi non sum ausus, ne demissum per-
pendiculum Barbari deprehenderent.
Altitudinem necesse habui intus latens
dimetiā [metiendo] interiores singu-
los lapides, ex quibus in numerum sub-
ductis deprehenditur Columnæ Cochli-
dis altitudo. Id quod videtur primum
extare supra terram, sunt duo gradus
compositi ex multis lapidibus. Deinde
sequitur tertius gradus: is est lapis altus
tres pedes & quatuor digitos, latus quo-
quoversum triginta tres pedes & semi-
pedes. Supra lapidem, qui efficit ter-

tium gradam, Stylobates constitit, constans quinque lapidibus: quorum [prior] incipiens à limine portæ, est altus quinque pedes & semissem: in quo quidem lapide est plinthus planus, altus tres pedes, quinque digiti, tomulus quinque digitos, apophygis cum regula dodrantem, altera regula superior duos digitos, corona sculpta alta dodrantem: Sophorus egregie sculptus trophzis ex tripli latere: nam latus ad septentriones pertinens, continens portam, non est insculptum. Coronis stylobatica inclinatur velut testum, in qua ima est primùm regula, deinde astragali baccatus, tertio loco echinus, quarto astragalus intortus ut funis. Reliqua pars, usque ad summam curvaturam, folia ligata in modum manipulorum, retata quidem, & in se curvata voluta. Stylobates emittit velut abacum, in quo fasces coronatio opere laureati binii in singulis lateribus, quorum major incurvatur usque ad simam partem abaci. Item in lateribus ejusdem coronati abaci summi existunt septem pueri nudi, tenentes fascem laureum. Ex unoquoque abaci angulo eminet aquila. Supra Stylobatis abacum coronarium existit plinthus columnæ minus projectus foliis adumbritis, supra plinthum

CONSTANT. LIB. IV. 311
torus laureatus, alligatus vittis flexuosis.
Toro superest apophygis. Deinde incipit
scapus Columnæ, scalptus pugnis variis.
Sculptura procedit in modum Colum-
nae, quæ Romæ Trajano sacra est, inter
clices binas cochlearæ more surgentes.
Summus scapus nempe Trachelium,
est striis rectis distinctus; capituli ima
pars apophygis, deinde echinus, tertio
loco abacus projectus ex ea scapum duos
pedes, & digitos quatuordecim. Aba-
cus quoquoversus patet in latitudinem
decem & septem pedum, & dodecantis.
Supra abacum existit porta, & velut
conus Columnæ altus, portam conti-
nens, altior decem pedibus. Hanc Tu-
scanam columnam dicere possumus,
cum base & capitulum sint elaborata
opere Tuscanico.

C A P. VIII.

*Destinii, & antiquissimo tripode Apol-
lini in Xerolophe statuit.*

S Vidas scribit, Xerolophon primè
quædam Thæma appellasse, ex eo,
quod in eo essent quindecim Cochlearæ,
& Diana statua, & Severi conditoris,
& Themation, tripus ubi hostias im-
molabat Severus, ubi multa oracula
aliquando edebantur, & puella virgo

V. 4 immo-

immolabatur. Priscianus, quem nūbi
in memoriam revocavit Benedictus En-
gius, antiquitatis acer investigator, tra-
dit Azoles solitos fuisse interponere F
digamma, quod ostendunt Epigram-
mata, quæ egomet legi in tripole ve-
tustissimo Apollinis, qui extat in Xerol-
opho Byzantii, sic scripta, Δημόφε-
νος, λαζαρέφνος. Item alio loco Ae-
oles solent inter duas vocales ejusdem
dictionis digamma ponere, quos nos in
multis sequimur, ὁ Φίσ, ovis: δαύφον,
davos: αφόν, ovum: & quod hoc vo-
rum est, ostendunt Epigrammata vetu-
stissima, quæ literis antiquissimis scri-
pta in multis tripodibus legi, & maxi-
mè in tripole Apollinis, qui est Con-
stantinopoli, in loco quem Ξερόλεφον
vocant: sunt autem scripta sic, Δημό-
φνος, pro Δημόφενος: Λαζαρέφνος,
pro Λαζαρένος. Addunt alii, fuisse etiam
in Xerolopho juxta basim Columnæ
Arcadii Columnam Theodosii mino-
ris, & Valentiniani, & Marciani, quæ
terremotu ceciderunt. Zonaras dicit Sy-
meonem Bulgarorum principem crudel-
em, & nunquam quietum contra na-
tionem Chrobatorum exercitum duxi-
se; à quibus cum victus esset, exercitum
que amississet locorum difficultate, inter-
ea quidam Regi Constantinopolitano
signi-

significavit statuam supra fornicem in
Xerolopho collocatam, spectantem ad
Solis occasum, designare Symeonem
Bulgarum; ac si quis Columnæ caput
abscinderet, secuturum Symeonis in-
teritum. Itaque Regis iussu caput Colu-
minæ abscissum est, & interitus Symeo-
nis ex violento stomachi dolore cogni-
tus est Regi Constantinopolitano dili-
genter observanti illius tempus interitus.
Iam verò portus Theodosiacus fuit in
Hortis, quos hodie appellant Blancham,
muro undique clausis, & sitis in mari-
tima Propontidis planicie, subjecta sub
radices septimi collis, cuius ostium ver-
gebat ad Solis ortum æstivum, à quo
moles extendebatur ad occasum æsti-
vum: supra quam nunc muri adstruci
existunt. Vrbis moles adhuc extat larga
duodecim pedes, longa sexcentos passus
meos, quos confidere soles in ambu-
lando. Portus obtutus est, latissimos
hortos habens oleribus consitos, & pau-
cis arboribus: ex quibus, ut Fabius ait,
non pendente vela, sed poma. Horti ir-
rigui sunt ex lacubus, quos habent in-
tra se perennes, vestigia nimirum an-
tiqui Portus. Cujus circuitum excessisse
milliarium, ex mole & situ loci depre-
hendo. In fauibus Portus adhuc na-
vium capacibus extra murum Vrbis et-

iamnum videtur turris undique mod
circumdata & saxa, reliquæ ruinare.
Scriptor ignotus Patriæ Constantino-
politanæ tradit, primò nuncupatum
Thema, ubi Cochleas quindecim dixi-
mus fuisse, deinde Forum Theodosia-
tum appellatum: mihi potius videtur
fuisse Arcadiacum, à proxima Arcadii
Columna: nam Forum Theodosiacum
vero proprius videtur fuisse prope Por-
tum Theodosiacum, cùm ex archiso-
tonica ratione, quæ præcipit Forum
faciendum esse juxta Portum: cum ex
nomine conditoris Theodosii, qui Fo-
rum suum commodiùs efficere non po-
tuit, quam juxta sui nominis Portum:
quem arbitror etiam Portum Eleutheri-
i priùs appellatum fuisse, si vera tra-
dunt, qui dicunt Constantinum Ma-
gnum saxa fluctibus objecisse à macro-
ne primi collis usque ad Portum So-
phæ, & Portum Eleutheri, conditum
à Magno Constantino, præsidente o-
peri Eleutherio Pantio, statuansque
Eleutheri statutam fuisse marmoream
in eo Portu, marmoreum calathum fe-
rentem humeris, & palam etiam ma-
moream tenentem manu, Palatium
que Eleutheri ædificasse Hirénam, ejus-
que filium Constantinum, atque ab
hoc Palatio usque ad Amastrianum Hip-
podro-

podromum fuisse à Magno Theodosio conditum , quem evertit Hirenā. Zosinaras scribit Hirenā , cùm ab administratione Imperii remota fuisset à filio Constantino , in domo sua , quam adificaverat in Eleutherii partibus , vivisse. Porticus , quas Regionum Urbis descriptio appellat Troadeas , alii vocant Troadesias , qui dicunt Constantinum Magnum muros promovisse usque ad Porticus Troadesias , & Portam Auream , quam continebat Duodecima Regio . Troadeas appellatas arbitror , quod continent quipiam ejusmodi quale Plutarchus tradidit continuisse Porticum Variam nuncupatum. Ajunt , inquit , in Porticu olim appellata Plesiatia , nunc vero Pœcila , Polygnotum pictorem Troadem pingentem Laodice faciem in imagine Elpinicæ fecisse. Nunc ex nomine , quod mutatum est , non agnovissem ; nisi ex fonte Portas vicino collegissem , quem etiamnum appellant Χεισσωνίγλω , à Porta Aurea rōmen retinentem . Is adhuc perennis scaturit , & religiosè bibitur à Græcis , qui omnes fontes juxta templa sitos factos habent , & nominant. Iam templum non extat , quod Procopius describit : Duo templā , inquit , Deiparae Iustinianus construxit ante muros Urbis :

bis : unum in regione appellata Blachernis , alterum in loco nominato Πηγή , ubi est sylva magna cypressorum , & pratum floridum , hortusque tempestivos & formosos fructus producens , & fons sine strepitu emittens aquam quietam & potabilem . Hæc quidem templæ ante muros Vrbis fecit : illud quidem ad littus matis , alterum prope Portas Aureas nuncupatas . Quæ quidem templæ addit Procopius circa finem murorum esse ut ambo sint inexpugnabilia Vrbis præsidia . Ex quibus conjicio tempore Iustiniani angulum Vrbis , quem vocant Septem turrium , non fuisse intra Vrbem : sed mutum terrestrem à Porta Aurea , angulum fecisse Vrbis longè interiorem , ut ex Studio monasterio colligere licet suburbanò olim , quod nunc intra Vrbem est , penitusquam angulus Septem turriam . Idem Procopius ait , Iustinianum ingrediendi Portam Auream à dextra parte templum divæ Iæ vetustate collapsum ingenti sumptu restituisse . Iam non modo ex antedictis Portam Auream assequor vicinam fuisse septimo colli nuncupato Xerolopho , verum etiam ex Zonara , qui tradit regnante Leone multa templo , multisque domos terramque cecidisse , Arcadiisque statuam in Columna

sumna Xerolophi positam, & in Porta
 Aurea Theodosii majoris statuam, &
 muros Urbis pertinentes ad continen-
 tem campestrum. Cedrinus ait eodem
 terramoto ad Portam Auream cecidisse
 Victoriae statuam? alii addunt eodem
 terramoto quinto Kalendas Novem-
 bris facto adficia sacra profanaque per-
 multa cecidisse; populumque mukum
 extinshum fuisse, & fiduciacrum, quod
 stabat supra Attali Portam Magni Con-
 stantini unâ cum ipso Attalo. Longè igitur
 errane, qui putant portam Auteam esse,
 quam nunc Oriam vocant, sitam in
 parte Urbis septentrionali, quam aitè
 dixi Portam Neoxii, cùm ex anè scri-
 ptis liqueat esse in parte Urbis vergenæ
 ad Solis occasum æstivum portam Au-
 team, tūm ex antiqua Urbis descriptio-
 ne Regionum, quæ tradit Urbis lon-
 gitudinem à Porta aurea usque ad lit-
 tus maris directa linea pedum quatuor-
 decim millia septuaginta quinque con-
 tinere. Cedrinus tradit, elephantos col-
 locatos in Porta Autea similes esse illis,
 in quibus olim Theodosius sedens Ve-
 bem ingressus est. Quibus adjungunt
 horum elephantorum statuas in Aurea
 porta statutas ex æde Martis Atheniensis
 deportasse Theodosium Parvum, qui
 construxit urbis muros usque ad Bla-
 cher-

Corinthiæ. Extra Vrbem fuit monasterium Studianum olim , nunc est intra urbem , juxta viam , qua itur ex Columna Arcadii ad Portam Septem terrarum , quas claudit murus Vrbis habens Portam nunc obstructam , olim patrem , cujus Parastades sunt duæ columæ. **T**æ Corinthiæ marmoris maculosi , venis viridibus distincti , sustinente oculo columellas efficientes tres arcus. In latere Portæ sinistro existunt sex tabulæ marmoreæ , singulæ habentes latera clausa columellis aliis teretibus , aliis quadratis , continentes statuas eminenter expressas affabre scalptas , nudas , clavis pugnantes , quarum superiores habent supra se Cupidines velut precipites ad volandum : in latere dextero sunt item sex tabulæ cinctæ similiter columellis. In prima tabula inferiori juvenis tenens organum musicum jacet supinus , tibiis implexis : supra ipsum impendet imaginem velut Cupido ; supra Cupidinem mulier in tabula superiori est statua nuda tenens clavam et eadem , pelle leonis brachio involuto , canes dentes manu sinistra. Supra ipsam eminet Leona , turgens uberibus. Alia tabula continet duos agricolas , ferentes calathos uvi plenos. In alia tabula est eques alatus : equi frenum retinet mulier ,

CONSTANT. LIB. IV. 311
lier , à tergo sunt mulieres duæ. In summa parte tabulæ , alia mulier recubat. E regione hujus jacet juvenis. Hæc addidi , ob tabularum antiquum optus summo artificio factum . Præterea vidi in septimo colle cùm alias Mamelcas ædes , tum quatuor præcipuas , habentes vestibula marmorea , columnis marmoreis ornata : duas quidem in latere orientali , quarum duæ habent sex columnas in vestibulo bene proceras & crassas ; duas quidem marmoris Thebaï , quatuor verò obscurè videntes marmoris miscellanei. Altera est prope columnam Arcadii , nuper facta ab uxore Soleimani Regis , cum Xenodochio laculento , & Gymnasio proficentium literas Turcicas , & Arabicas : in quibus numeravi plusquam sexaginta columnas varias. In dorso collis spectantur aliæ duæ ædes ; quarum una habet balnea adjuncta , & Gymnasia literaria. In ædis vestibulo sunt sex columnæ Thebaici marmoris , quarum ambitus est septem pedum , & velut calcaneum ætuum : bases quidem , & capitula Turcico labore exculpta , sed scapi antiquissimi , præsentim duarum cingentium aditam ædis , habentium Hypotrachelium subtilius reliquo scapo. Hypotrachelii ima pars æqualis

scapo habet annulum tectum. Super annulum est alter annulus, latus de- pressus: deinde superest Hypotrachelium depresso reliquo scapo, ut est bo- minis collum subtilius inter caput & thoracem: nullamque vidi aliam By- zantii habentem Hypotrachelium, tan- topere accedens ad rationem Vitruvii, tradentis Hypotrachelium columnæ Do- ricæ contrahendum, ita ut in tertio li- bro de Ionicis est scriptum. Alia ædes Mametana est in eodem colle, in cuius vestibulo sunt sex columnæ bene ex- celsæ: in Gymnasii atrio sunt quatuor- decim, totidem in portico vicina.

C A P. X.

De Regione Tertiadecima Vrbis, Sy- cena appellata, & de oppido Ga- lata, sive Pera.

GAlatam oppidum fuisse pagem Con- stantinopolis, ostendit antiqua descriptio Regionum: Novæ, inquit, Ro- mæ Tertiadecima Regio est Sycena; quæ sinu matis angusto divisa, societatem Vrbis navigiis frequentibus promeretur; tota lateri montis affixa, præter unius plateæ tractum. Stephanus ait, urbem Sycas contra novam Romanam esse sitas, appellatas sua ætate Iustinianas: cur au- tem

tempit ita appellarentur, non explicat; sed si ex eo, quod Iustinianus eas ædificiis ornarit, aut collapsas restituerit, his enim de causis urbes solent mutare nomina. Miror Procopium non meminisse horum ædificiorum, cum totius sinus Cornu nuncupati ædifica à Iustiniano ædificata, vel restituta exactè describat; nisi fortasse erratum sit in Procopio scribente *Iucundianas* pro *Iustinianis*: cum ait, regias suburbanas Iustinianum renovasse in æreo loco, & loco, quem lucundianas vocant; aut si in Procopio mendum non est, erratum videri potest in Stephani Codice habente Iustinianas pro Iucundianis: at Stephanus longè ante Iustinianum scripsit. Itaque, si vitium est, Stephani non est, sed Hermolai Grammatici Constantinopoleos, qui Commentaria Stephani redegit in Epitomen, quam Iustiniano dedicavit. At verò Iustinianæ potius, quam Iucundianæ nominandæ videntur Sycae, ex collatione multorum Codicum non modo Procopii, sed etiam Iustiniani editorum, & manuscriptorum. Iustinianus in suis Novis Constitutionibus; illud, inquit, manifestum est, si majus intervallum sit, & plures sint Decani feretro inservientes, & plures scholæ, propter feretri

pondus pauxillum quiddam ipsis dampnum esse. Deinde paulò infra addit, sicut similitet videri, si funus effertur iuxta novos urbis muros, & trajectum τὴν Συκῶν τὸν Συκῶν, hoc est, Sycenum, sive Iustinianarum, quoniam non longè distant. neque opus est maiore tempore, aut labore ad illuc proficiendum. Sin autem extra muros badius felicis Urbis funus ducitur, sive ultra alios trajectus, quam trajectum Sycenum funus effertur; prætereo cetera. Vbi adverte ~~τίτλος~~ Latine vertendum esse *trajectum*, non autem *terminum*, ut habet Latina interpretatio. Ex antedictis patet oppidum Sycas nominatas esse trans Sinum, & contra Constantinopolim: sed contra quam Constantinopolis partem non declarat Stephanus: ac ex antiqua Regionum Urbis descriptione assequor, tradente Regionem Sextam à Foro Constantini usque ad trajectum Sycenum porrigi, hoc est, Perazum, sive Galatinum nunc appellatum. Et ne videar contemnere recentes, afferam ex his nonnullos, qui tradunt Absamarum Ducem hostium obsidentium Constantinopolim, se recessisse in Portum Sycæ, sicut è regione Constantinopolis. Evagrius scribit capita Longini, & Theodori à Ioanne

Scy-

Scytha Constantinopolim missa, ex contis appensa, ad nuncupatas Sycas in ulteriore littore opposito Constantino- poli sitas, Regis iussu erecta fuisse, ju- cundum spectaculum Byzantinis. Idem addit, Vitalianum usque ad nuncupatas Sycas incursions fecisse. Contra quem, habentem in Sycis stationem, mittitur à Rege Anastasio Marinus Syrus pugna- turus. Ambæ igitur classes se præparant; una ad puppim Sycas, altera Constan- tinopolim habens: primùm remos in- hibebant; deinde post excursiones, & leveò pugnas utrinque factas, prælium navale commissum est circa loca appella- lata Vitharia. In fugam se conjecit Vi- talianus, magna ex parte virium sua- sum amissa, ut nemo hostiam deinde in Bosporo inveniretur. Nec me movet Strabo, qui videretur extra Sinum Sycam ponere: Ex Promontorio, inquit, Fre- tum Bosporium in quinque stadia strin- gente, usque ad portum sub Syca positi- sum esse triginta stadia; ex Syca ad By- zantiorum cornu quinque stadia: Quæ non discreparent ab his, quæ antè dixi, si intelligeret Byzantiorum cornu, ut Plinius intelligit, Promontorium ipsum Bosporium, in quo Byzantium situm est. At Strabo declarat statim subdeus Cornu esse Sinum longum sexaginta

X, 3 stadia.

stadia. Iaque aut erratum esse Cœdiciis
 Straboniani arbitror , aut ipsum Stra-
 bonem errare , cùm ex antè scriptis,
 tum maximè ex Dionysio Byzantio
 antiquiore , & suæ patris scriptore , tra-
 dente Syeodem locum esse juxta Sinum
 Cornu appellatum , in eo loco ubi ho-
 die extat Galata , ut planius declaravi
 in Bospori circumnavigatione. Longè
 etiam errant Perotini , qui dicitare so-
 lent , Ianuenses primos conditores esse
 Peræ oppidi , cùm multis antè seculis
 condita fuerit , quām Ianuenses Peram
 emissent , vel navatæ in bello operæ lo-
 co mercedis accepissent ab Imperatore
 Constantinopolitano : cùm Iustinianus
 ponat Sycas intra Vrbis muros , & A-
 gathius maris clausæ tradat , -cùm ait
 adventu hostium tantum terrorem in-
 jectum fuisse civibus Constantiopoliti-
 tanis , ut Iustiniani Regis milites armati
 insisterent muris Sycarum , ut promptè
 obsistere hostibus possent. Quid quòd
 Stephanus Sycas appellat Vrbem , quam
 postea recentes scriptores , sed antiquio-
 res , quām Ianuenses Galatam accep-
 sent , castellum Galacticum vocant , tra-
 dentes classem Saracenorum stationem
 à Magnaura ad Cyclobion habuisse.
 Post aurem duos dies , cùm vehemens
 ventus haret , ad castellum Galatam u-
 que

ad Clidion appulsam partem clas-
se, exustam fuisse igne, quem Imper-
ator ex Acropoli jaculatur. Zonaras
narrat Michaëlem Imperatorem, cùm
terra & mari obsideretur, in hanc de-
sperationem venisse, ut catenam con-
tenderet ab Acropoli ad oppidulum in
contrario littore positum. Adhuc Ga-
latæ porta est, quæ appellatur catena,
ex eo, quod ab Acropoli usque ad eam
portam catena extenderetur. Auctam
vero à Ianuensibus non semel, sed ite-
rum, ostendunt muri saepius promoti,
adhuc extantes ab Oriente duplices, ab
Occasu triples, designantes varia ur-
bis incrementa. Iam videre licet anti-
quas Sycas in media Galata muris clau-
fas, sitas contra Regionem Sextam, &
trajectum Sycenum, totas affixas lateri
montis, quales describit Regionum Ur-
bis libellus, præter unius plateæ tra-
ctum, quem subjacentium sub eundem
montem littorum tantum præstat æ-
qualitas. Oportuit hanc plateam latam
fuisse centum passus Romanos. Nam
tanta hodie superest inter montem &
finum planities, & major fortasse: quo-
niam tot post annos dilatata fuerit, ut
quotidie videmus excrescere ex proje-
ctione purgamentorum, quæ, ut de-
siderant in profundum, retinentur sub-
licis

licis arcas ligneas stabilientibus, quae fistulis defigunt incolæ studio augendæ planitiei littoralis, & oræ maritimæ efficiendæ proprius portuofæ. Verum ut planiùs intelligatur ubi olim Sycena regio fuerit, Galatae situm, ut nunc est, describam.

C A P. XI.

Descriptio Galata: & de templis Amphiarai, & Diana, & Veneris, & theatro Syceno, & fere Honrano.

S Ycena regio, jam vulgo nominata Galata, sive Pera, rectius nominanda Perza, ut Iosephus Iudæam trans Iordanam nominat Perzam, & trans Euphratem Strabo regionem appellat Perzam. Cur autem appelleretur Galata, Constantinopolitani omnes jam prædicant, ex eo, quod illi olim lac videretur, aut mulgeretur, decepti nominis allatione: nec dubito si scirent Galatam appellatam olim Sycam, quia etiam auderent eam dicere à ficuum lacte ita appellaram esse: suamque cum aberrationem à vero tueri possent autoritate Dionysii Byzantii, scribentis Sycam appellatam à multitudine, & pulchritudine arborum ficuum ibi provenien-

venientium. Quantò rectius conjectaſſent, si à Galatis populis eam Galatam nominatam fuſſe arbitrati eſſent, addueti Ioannis Tzetzæ civis Constantiopolitani, & diligentis Grammatici Varia Historia, abhinc ferè quadrin- gentos annos conscripta: quæ tradit Brenum Gallum, Ducem Gallorum, quos Græci Galatas appellant, proſetum Byzantium, illinc trajeciffe: indeque Byzantii locum appellatum fuſſe Petam, ex trajectione Galatarum; à quibus poſtea arbitror etiam Galatam appellatam. Hæc autem sita eſt partim in colle, partim in planicie ſubiecta ſub ipsum collenſ, quem duæ valles effi- ciunt, una ab Oriente, altera ab Occi- dente, utraque longa circiter unum miliare. Collis dorsum procedit à Sep- tentriōne ad Meridiem, latum ubique non minus ducentiſ paſſibus; tam lon- gum, quam valles, quibus utrinque clauditur: deinde conjungitur cum re- liqua continentis planicie. Collis me- ridianum latus, & planiciem ſub ipsum ſubiectam, continentes Galatam, cir- cumſcribit ſinus Ceratinus, Isthmum- que, & peninsulam ferè ſemicirculam efficit: ut ſi lineam duceres ab ore & fauibus Sinus ad medium receſſum, quem Sinus Ceratinus inſinuat in val-

lem, quæ collēm Galatinum ab occaſa claudit, inclusam videtes intra ſemicirculum, quem deſignaret ducta linea, Galatam, accedentem ad figuram arcus intenti, niſi ejus Corru vergens ad occaſum dimidio largius quam orientale eſſet, & minus longum. Galatæ circuitus muro circumdatus parer quater mille & quadringentos paſſus: latitudo varia: nam media eſt ſexcentorum paſſuum, quorum viginti intercedunt inter Sinum & muros. Iam verò planities procurrēns inter Sinum & collēm, dilatatur in centum octoginta paſſus; clivus verò in quadringentos. Latus Galatæ orientale parer in latitudinem primò quadringentorum paſſuum, deinde contrahit in ducentos ſexaginta paſſus. Latus pertinens ad Occaſum, extra veterem Galatam, ſitum habet mollem clivum, & ferè totum ad Meridiem, tendentem præter exiguum proclivitatem ſubſidentem ad Solis occaſum, juxta muros veteris Galatæ ſitam. Clivi enim collis Galatini dupli devexitate inclinantur; una in valles, altera in Sinum. Vnde fit, ut urbs ſit propria triplici proclivitate; una à Septentriobus ad Meridiem, altera ad ortum Solis, tertia ad Occaſum. Declivitas per medium Galatæ latitudinem de-

cur-

carrens, tendit à Septentrionibus ad Meridiem, ita prona, ut in multis locis clivi gradibus moliantur, ut domus ex parte infera scalis descendantur, ex supra adeantur piano pede usque ad primam contignationem: latus verò tam vergens ad Solis ortum, quam ad occasum, duplē devexitatem habet, unam à Septentrionibus ad Meridianum cardinem, alteram ad Orientem, aut Occidentem: ut non modò viæ rectæ, sed etiam transversæ proclivitatem habeant: sed orientale latus proclivius in utramque devexitatem, occidentale molles clivos habet tam rectos, quam transversos. Denique Galata sic prona est, ut si eadem altitudine omnes domus essent, superiores contignationes aspectu maris fruerentur, ex eisque velut ex theatris haves ultra citraque trajicientes spectarentur. Neque modò Galata, sed tota ferè Constantinopolis maris aspectu frueretur, si lex à Zenone constituta, & à Justiniano sancta servaretur, jubens intra centum passus neminem posse Constantinopoli impeditre maris aspectum, neque rectum, neque obliquum. Plana urbis pars discutgens interimos collis clivos & Sinum, nusquam minus stricta ducentis passibus; in cornibus largior est: & quidem ali-

alicubi pater in longitudinem quadrigenitorum passuum. Oppidum triplo longius, quam latius. Laticudo tendit à Septentrionibus ad Meridiem; longitudo ab Oriente ad Occasum. Latus occidentale latius quam orientale, & ferè eadem latitudine qua media urbem per longitudinem quingentorum passuum nusquam minus lata quingen-tis passibus. Orientale latus contrahitur molliter, quoad ejus extremitas in formam cunei reducitur; ubi lata est decentos sexaginta passus. Totum littus, quod circuit Galatam, portuosum est, naves admittens usque dum contingant oram maritimam. Inter moenia & Si-num intermissum est spatium, ubi tabernæ & officinæ mercatorum & cau-ponæ frequentes, & vacua intervalla ad exonerandas naves. Portas habet ma-ritimæ sex: quarum tres trajectum fre-quentem habent ad Constantinopolim. Ita enim contra Constantinopolim ja-cet Galata à septentrionibus, ut pri-mo, secundo, tertio collibus, & valli primæ & secundæ Constantinopolita-nis sit adversa, præ se habens Sinum & Constantinopolim, à tergo subur-bana ædificia. Nam supra Galatam multæ domus suburbanæ partim in col-lis Galatini dorso, partim in ejus la-teri-

etibus triplicibus: nec Galata attingit summum verticem collis, imo ex summa urbe, ubi est excelsissima turris, adhuc restat extra urbem ascensus trecentorum circiter passuum, plenum aedificiis, inde jugum planum tendens à Meridie ad Aquilonem, largum circiter ducentos passus, longum duo milia passuum, per quod medium discurrit via lata utrumque aedificiis cincta hortorum & vinetorum; neque est ultra pars amoenior: ex qua ejusque lateribus videtur Sinus Ceratinus, & Bosporus, & Propontis, & septem colles Constantinopolis, & Bithynia, & semper nivosus Olympus. Denique aedificia non modò in colle Galatino, sed etiam in collibus & vallibus circumvicinis sitis in littore Galatino posito contra Constantinopolim, tot colles & galles habent, quot Constantinopolis, ut jam longè dimidio majorem, quam sit Galata, urbem efficere possent, ac si centum annos felicitas Imperii Byzantini duraverit, altera Constantinopolis futura est Galata. Qui scribunt, Byzantem conditorem Byzantii templum Amphiarai aedificasse in Syca, aberrant quidem à rei veritate, sed non procul. Nam Dionysius Byzantius tradit, post locum Sycenum fuisse templum Amphi-

phiarai, ædificatum à Coloniæ deducoribus, quorum princeps erat Byzas. Amphiaraum cùm cæteri Græci, tum Megarenses honorabant, Deum ut haberent. Sed Amphiarii templum, eti non esset in loco, quem Dionysius appellat Sycenum, tamen ejus appellatio dilatata fuit, postquam Sycena urbs condita fuit, ut etiam intra Sycas Amphiarii, & Dianæ Luciferæ, & Veneris Placidæ templa inclusa fuerint, ut planè demonstravi in tractatione Bospori. Sed horum jam nulla restant vestigia, neque illorum, quæ tradit antiqua Regionum Urbis descriptio in regione Sycena fuisse; neque hominum ullorum memoria viventium recordatur vestigiorum, ubi illa fuerint: imo non modo eorum memoriam, sed ne nomen quidem Sycenæ regionis quisquam jam, qui vel audierit, vel legerit, repetitor. Theatrum tamen & Forum Honorium dunctaxat ex architectonica ratione conjicere licet, fuisse illud quidem in imts clivis, ut solent esse omnia Theatra, quorum vestigia vidi in Græcia. Forum verò in planicie vicina Portui, ubi nunc Xenodochium ædificatum est in fundamentis templi divi Michaëlis, quod integrum extabat, cùm venissim Byzanum, coque aquæ uberioris

riores adductæ sunt inventis cuniculis antiqui aquæductus subterranei. Denique nihil antiquæ Sycessæ jam apparet. Nam columnæ, quæ antiquæ visuntur in aliquot templis Galatinis, à Ianuen-sibus foris exportatae dicuntur, quorum nonnullæ antiquo opere elaboratae sunt. Cisterna divi Benedicti spoliata came-ris, & columnis circiter trecentis con-camerationem sustinentibus, conversa in horrorum culturam jam alementum templi æditimum, indicat opus fuisse antiquæ opulentissimæ.

EX antè scriptis cognoscere potes, quæ monumenta Constantinopolis olim habuerit, quæ verò ædificia pu-blica nunc habeat à Turcis, & qua ratione sint nonnulla à Turcis ædificata, separato volumine essent tractanda. Nunc summatim pauca exponam: Ädes Mamelanas continet plus trecentas, quarum sumptuosissimæ à regibus, & regum purpuratis ædificatae, sed om-nes testæ plumbeis tegulis, marmori-bus, & columnis marmoreis ornatae ex spoliis Christianarum ædium; ut haec priùs ornatae fuerant ex veterum deo-rum spoliis. Balnea & Thermae habet publicas supra centum: quarum quin-quaginta magnoꝝ & geminaꝝ, & ferè tales

tales quales descripsi à Mametho Rege ædificatas. Xenodochia & publica hospitia longè supra centum habet, quorum illustria aquas salientes in medio atrio habent ex agris suburbanis ductas. Sed præcipue excellunt reges Turcorum in aquis ducendis intra Vibem. Eusebius quidem laudat Constantinum, In mediis, inquit, Fortis videoas fontes boni pastoris insignia habentes, his qui sacras literas norunt explorata, Damicem, scilicet & leones ex ære factos laminis aureis fulgentes. Valens & Andronicus magnis sumptibus fluminis procul ab Urbe perduxerunt, partim arcubus adhuc extantibus supra terram, partim opere subterraneo: certique reges ingentes piscinas, & lacus subterraneos, quos cisternas posterius appellavit, permulta in omni urbis regione ingentibus sumptibus ædificarunt, metuentes obsidionem à vicinis hostibus. At Turcica Constantinopolis jam adeò longinquos habet hostes, ut cisternas, aut diruant, aut in alios usus convertat quam aquarum, atque copia aquarum salientium fructus perductis ex omni agro suburbano etiam longè remoto: nullum enim est celebre templum, nullum Xenodochium, nullum publicum hospitium, nullæ thermæ nobiles,

biles, quæ non habeant aquas salientes in media area. Prætereo Bassarum, cæterorumque purpuratorum domos. Omitto Regem ipsum, cuius claustrum, occupans vetus Byzantium, passim penennes fluvios habet longè extra Urbem adductos. Prætereo lacus, & castella ubique in Foris, in viis cæberrima, non modo largos potus largientia, sed etiam ex usibus hominum exequentia, immundicias urbis in mare eversunt, & impuriorem spiritum & caufas gravioris cœli auferunt, quibus urbes haberi solent infames. Prætereo nunc narrare, ut omnia ædificia Constantiopolitana sint facta ex ruinis incendiorum & terræmotuum humilia, ut non multæ habeant duas contignationes, lapide cæmentirio, aut latere non modo coæto, sed etiam crudo refecta. Excipio domos Galatæ à Ianuenib[us] conditas, & domos aliquot purpuratorum regiorum. Christiani Græci suas sexcentas ædes sacras amiserunt: ex quibus nullam retinent nobilem præter ædem Monasterii, ubi habitat Patriarcha; reliquæ aut funditus eversæ, aut in usus religionis Mamelanæ conversæ sunt: nam quas habent ædes jam sacras cister sepiuaginta, obscuræ sunt. Franci circiter decem habent; Armeni septem;

Y Iudico.

358 DE TOPOGRAPHIA

Iudæorum verò synagoge plusquam triginta, vix capientes multitudinem maximæ nationis. Ex antè scriptis facilis fortasse cognosces absens, monumenta antiqua, quæ tradit antiqua Regionum Vrbis descriptio, quam sine his pressens videas Constantinopolim: quod experietur, qui similia investigare posse me conabitur. Quod ut quis promptius possit, adjungam statim de Regionibus novæ Romæ Constantinopolitanæ (incerto authore, sed illo tamen antiquo) libellum scriptum ante Iustiniani tempora.

REGIO PRIMA.

Prima Regio coiinet domum Placidie August. domum nobilissimæ Marine, Thermas Arcadianas, vias five angportus viginti novem, domes centum decem & octo, porticus perpetuas duas, balneas privatas quindecim, pistrina publica quatuor, [pistrina privata quindecim,] gradus quatuor, Curatorem unum, qui totius regionis solicitudinem gerat. Vernaculum unum, velut servum in omnibus, & internuntium regionis. Collegatos vigintiquinque, qui è diversi Corporibus ordinati, incendiorum solent casibus subvenire. Vicomagistros quinque, quibus per noctem iuenda Urbis cura

man.

CONSTANT. LIB. IV. 339.
quondam est. Haec enim auctor : subdit
Gyllius quae sequuntur.

Quos P. Victor , sive Sextus Rufus
Verbaculos vocatos , fuisse [ait] in An-
tiqua Roma , hic in Nova Roma appellat
Denunciatores : Collegiorum non
meminit neque Ruffus , neque Victor ;
omnes meminerunt Vicomagistrorum ;
quos distinxisse videtur Constantino-
politana descriptio in Collegios &
Vicomagistros . Latinis quidem Vico-
rum magistri appellarentur , ex inscrip-
tione adhuc existente in Capitolio-an-
tiquæ Romæ ;

IMP. CAESARI DIVI.

TRAIANI PARTHICI FILI.

DIVI NERVAE NEPOTI.

TRAIANO HADRIANO.

AVG: PONTIF MAXIMO.

TRIBVNIC. POTESTAT. XX.

IMP. II. CON. III. P.

MAGISTRI VICORVM. XIV.

Pergit auctor libelli.

REGIO SECUNDA.

Secunda Regio ab initio Theatri mino-
rū , post aequalitatem sui latenter molli-
sus levata clivo , mox ad mare precipi-
tiū abrupta descendit , continet in se Ec-
clesiam magnam , Ecclesiam antiquam ,
Senatum , Tribunal purpureis gradibus .

X 2. EXITUS

extricatum, thermas Zenixippè, Theatrum,

- *Amphitheatrum, vicos sive angiportis triginta quatuor, domos nonaginta & octo, porticus magnas quatuor, balnea privatas tredecim, pistrina privata quatuor, gradus quatuor, curatores unum, vernaculum unum, collegios triginta quinque, Vicomagistros quinque.*

REGIO TERTIA.

Tertia Regio plana quidem in superiori parte, si pote in eo Circi spatius longius explicato, sed ab eius extrema parte nimis prone clivo, mare usque descendit. Continet in se eundem Circum Maximum, domum Pulcheria Augusta, portum novum, porticum semitundam, qua ex similitudine fabrica Sigma Graco vocabulo nuncupatur, tribunal Fori Constantini, vicos septem, domos nonaginta quatuor, porticus magnas quinque, balneas privatas undecim, pistrina privata novem, Curatores unum, Vernaculum unum, Collegium viginti & unum, Vicomagistros quinque.

REGIO QVARTA.

Regio Quarta à Miliario aureo cù libus dextra lavaque surgentibus ad planitiam usque valle ducente perducitur. Continet in se idem Miliarium autem,

Augr.

CONSTANT. LIB. IV. 341

*Augustum, Basilicam, Nymphaum,
porticum Fanionis, liburnam marmo-
ream, navalium Victoria monumentum,
ecclesiam sive Martyrium sancti Menna,
stadia, scalam Timasii, vicos triginta
quinque, porticus magnas quatuor, bal-
neas privatas septem, pistrina privata
quinque, gradus septem, Curatorem unum,
Vernaculum unum, Collegios quadraginta,
Vicomagistros quinque.*

R E G I O Q U I N T A .

Regionis Quinta non modica pars in obliquioribus positis locis, planitie excipiente producitur: in qua necessaria civitati adficia continentur. Continet in se Thermae Honorianae, Cisternam Theodosiacam, Prytaneum, Thermae Eudocianae, Strategium, in quo est Forum Theodosiacum, & obeliscus Thebaeus quadratus: horrea olearia, Nymphaum, horrea Creadentia, [Troadentia] horrea Valentiana, horrea Constantiaca. Portum habet Probosphorianum, scalam Chalcedonensem, vicos viginti tres, domos centum octuaginta quatuor, porticus magnas quatuor, balneas privatas undecim, pistrina publica septem, pistrina privata duo, gradus novem, macellos duos, Curatorem unum, [Vernaculum unum,] Collegios quadraginta, Vicomagistros quinque.

REGIO SEXTA.

Regio Sexta brevi peracta planicie; re-
liqua inde vox consistit; à Foroque
Constantini Scalam usque sine Trajelium
Sycenum porrigitur spatis suis. Continet
in se columnam purpuream Constantini,
Senatum ejusdem loci. Neorium portum,
scalam Sycenam, vicos viginti duos, do-
mos quadringentas octaginta quatuor,
porticum magnam unam, balneos pri-
vatos novem, pistrinum publicum unum,
pistrina privata decem & septem [gra-
dus decem & septem,] Curatorum unum,
Vernaculum unum; Collegios quin-
taginta novem, Vicomagistros quinque.

REGIO SEPTIMA.

Regio Septima in comparatione supe-
rioris planior, quamvis & ipsa circa
lateris sui extremitatem habeat, [abeat]
in mare declivior. Hac à parte dextra
Columna Constantini usque ad Forum
Theodosii continuè extensa porticibus, &
de latere aliis quoque pari ratione per-
rectis, usque ad mare, velut scipiam in-
clinat, & ita deducitur. Habet autem
in se Ecclesias tres, hoc est Hirensem,
Anastasianam, & Sancti Pauli, colum-
nam Theodosii, intrinsecus usque ad sum-
mitatem gradibus per viam: equites ma-

gno

CONSTANT. LIB. IV. 343
gnos duos partem ejusdem fori, thermas
Carosianas, vicos octoginta quinque, do-
mos septingentas undecim, porticus ma-
gnas sex, balneas privatas undecim, pi-
strina privata duodecim, gradus sexde-
cim, Curatorem unum, Collegios octo-
ginta, Vicomagistros quinque.

REGIO OCTAVA.

Octava Regio ex parte Tauri, nulla
maris vicinitate contermina, angu-
stior magis quam lata, spatia sua in lati-
tudinem [longitudinem] producta com-
pensat. Continet in se partem Fori Con-
stantini, porticum sinistram Taurum
usque, Basilicam Theodosianam, Cap-
itolium, vicos viginti unum, domos cen-
tum octo, porticus majores quinque, bat-
neas privatas decem, pistrina privata
quinque, gradus quinque, macellos duos,
Curatorem unum, Vernaculum unum,
Collegios decem septem, Vicomagistros
quinque.

REGIO NONA.

Regio Nona prona omnis, & in Notum
[totum] deflexa, extensi mari littoribus terminatur. Continet in se ecclesias
duas, Cenopolim & Omonaeam, horrea
Alexandrina, domum Nobilissima Ar-
cadie, thermas Anastasianas, horreum

Theodosianum, vicos sexdecim, domos centum & sexdecim, porticus majores duas, balneas privatas quindecim, pistrina privata quindecim, pistrina publica quatuor, gradus quatuor, Curatorem unum, Vernaculum unum, Collegiates triginta octo, Vicomagistros quinque.

REGIO DECIMA.

Regio Decima in aliud civitatis latu à Nona Regione platea magna, velut fluvio interveniente dividitur. Est verè tractu planior; nec usquam prater maritima loca inaqualis, longitudine ejus latitudine non cedente, continet in se Ecclesiam, sive Martyrium Sancti Acacii, thermas Constantianas, domum Augusta Placidia, domum Augustae Exodoxie, domum Nobilissimæ Arcadia, Nymphaum majus, vicos viginti, domos sexcentas triginta sex, porticus majora sex, balneas privatas viginti duas, pistrina publica duo, pistrina privata sexdecim, gradus duodecim, Curatorem unum, Vernaculum iunum, Collegiates nonaginta, Vicomagistros quinque.

REGIO VNDÉCIMA.

Regio Undecima spatio diffusa libriore, nulla parte mari sociata est: verum eius extensio tam plana, quam etiam

*etiam collibus in aqualis, continet in se
Martyrium Apostolorum, patatum
Flaccilianum, domum Augusta Pul-
cheria, Bovem aroam, cisternam Ara-
diacam, cisternam Modestiacam, vicos
octo, domos, quingentas tres, porticus
maiores quatuor, balneas privatas qua-
tuordecim, pistrinum publicum unum,
pistrina privata tria, gradus septem.
Curatorem unum, Vernaculum unum,
Collegios triginta septem, Vicomagistros
quinque.*

REGIO DODECIMA.

Regio Dodecima Portam [Portum]
*a civitate petentibus in longum plana
omnis consistit: sed latere sinistro, mol-
lieribus clivis deducta, maris confini-
terminatur, quam mænum sublimior
decorat ornatus. Continet in se Portam
Anream, porticus Troadeas, Forum
Theodosiacum, columnam itidem intra
se gradibus perviam, Monetam, portum
Theodosiacum, vicos undecim, domos
trecentas sexaginta tres, porticus maje-
restres, balneas privatas quinque, pi-
strina privata quinque, gradus novem,
Curatorem unum, Collegios decem &
septem, Vicomagistros quinque.*

REGIO DECIMATERTIA.

Tertiadecima Regio, Sycana est, quae finis maris angusto divisa, sociatem Urbis naviis frequentibus promovet; tota lateri montis affixa, prater unius platea tractum, quam subjacentem eidem monti litorum tantum praefat equalitas. Continet in se Ecclesiam, Therasias Honorianas, Forum Honori-
num, theatrum, navalia, domos quadringentas triginta unam, porticum magorem unam, balneas privatas quinque, pistrinum publicum unum, pistrinae privatae quatuor, gradus octo, Curatorum unum, Vernaculum unum, Collegios triginta quatuor, Vicomagistros, quinque.

REGIO DECIMAQUARTA.

Regio sanè Quartadecima licet in Ur-
bis quartadecima numeretur partem
tamen quia spatio interjecto divisa est,
muro proprio vallata, alterius quodam-
modo speciem civitatis ostendit. Est verò
progressis à porta modicum finis plana,
dextro autem latere in clivum surgen-
usque ad medium ferè platea spatiu-
nimiris prona, unde mare usque mediocris
bac, qua civitatis continet partem, ex-
plicatur equalitas. Continet in se Eccle-
siam,

*Siennum, palatium, Nymphaeum, Thermae,
Theatrum, Lusorium, portem sublimis
civis, sive lignum, viros undecim, domos
centum sexaginta septem, porticus
maiores duas, balneas privatas quinque,
piscinam publicum unum, privatum
annum, gradus quinque.*

COLLECTIO CIVITATIS.

Cognita Vrbe per partes, fas est etiam
situm occlusa jam universitatis ape-
tire, ut magnificentia unicum decus,
non solum videatur opere & manu con-
fectum, sed etiam conspirantibus elemen-
tis, natura felicitate munitum. Pro-
videntia ergo divina tot futurorum ho-
minum domiciliis consilente, longo tra-
et in Promontorii qualitatem spatio-
sior terra, faucibus Pontici maris oppo-
sita, sinuosis portuosa lateribus, angu-
bior latitudine circumflui mari intela-
vallatur. Hoc quoque spatium, quod
solum apertum mari circulus derelin-
quit, dupli muro actes turrium ex-
tensa custodit. Intra quas septa Civitas
continet in se omnia sigillatim memora-
ta. Quae nunc ad infirmioris memoria
qualitatem summatim collecta refere-
mus. Habet ergo Vrbs Constantinopoli-
tana palatia quinque, ecclesias quatuor-
decim, domos divinas Angustarum sex,
domos

domos divinas Augustarum sex, domus Nobilissimas tres, thermas octo, Basilicas duas, fora quatuor, Senatus annos, horrea quinque, Theatra duo, Lusoria duo, portus quatuor. Circum unum, cisternas quatuor, Nymphae quatuor, vicos trecentos viginti duos, domos quatuor millia trecentas octoginta octo, porticus quinquaginta duas, balneas privatas centum quinquaginta tres, pistrina publica viginti, pistrina privata centum viginti, gradus centum decem & septem, macellos quinque, Curatores tredecim, Vernaculos quatuordecim, Collegiatos quingentes sexaginta, Vicomagistros sexaginta quinque, columnam purpuream, columnas intra se pervias duas, Colossum unum, Tetrapylum autem unum, Augusteum, Capitolium, Monetam, scalas maritimas tres. Habet sane longitudo Vrbis, à Porta Aurea usque ad littus mari directa linea, pedum quatuordecim millia septuaginta quinque: latitudo autem pedum sex millia centum quinquaginta. Hactenus auctor libelli. Subjungit Gyllius.

Quod autem quatuordecim regiones non continerent nisi quatuor mille & trecentas octuaginta octo domos, intelligere oportet domos principum

cipum civium majores, ut Sex. Ruff. & P. Victor tradentes, quatuordecim regiones Romæ domos continere circiter mille & septingentas quinquaginta quinque, interpretari necesse est illustres & capaces: cum utaque Roma vetus, & nova maxima esset, & frequentissime habitaretur. Nam, ut præterea veterem Romanam, profectò Nova Roma Constantinopolitana adeò frequens erat eo tempore, quo hæc Regionum Vrbis descriptio conscripta est, ut etiam qui habitarent apud vias latae & fora, angustè habitarent: adeoque connexa fuerunt ædificia, ut vix locus sub diu apertus inveniretur, ut cœlum quis aspicere posset, suburbanaque ædificia latissimè usque ad Sylymbriam, & mare Ponticum continuarentur; marisque non exigua pars ambientis Vrbem obrueretur defixis sublicis ædificia sustinentibus. Hæc autem monumenta, & longè plura, olim fuerunt Constantinopoli, quæ nunc nulla extant, præter columnam purpuream, & Arcadianam, & ædem Sophiæ, & Hippodromum spoliatum, & cisternas aliquot. Nam quæ fuerint Byzantii antiqui, antequam eversum fuisset à Seveto, monumenta, nemò scribit, quamvis plurima conjicere licet, florentis diu heroicis temporibus cum ingenia omnium

nium attium erant in pretio , cum Rhodus tria millia signorum habebat non præstantior Byzantio ; ex cuius munis tanta arte constructis , quantopere interiora niterent existimare possumus . Hoc dantaxat scimus , Darium , Philip-
pum ; Severum , Byzantii monumenta vastasse , & Byzantios ipsos cum omnia consumpſſent , tamen Severi militibus restitisse lignis , quæ ex ædificiis detra-
hebant , & statuis , quas in hostes proji-
ciebant . Qui autem à Constantino re-
ædificati Byzantii tot monumenta per-
diderunt , partim antè attigi , partim summatim perstringam . Primum im-
peratores dissidentes , deinde incen-
dia cœberrima non modo fortuita , sed
etiam ab hostibus tam externis , quam
dissidentibus variarum factionum par-
tibus jaeta (quorum nonnulla tres , alia
quatuor dies exurere non cessarunt)
non modo apta ad comburendum , sed
etiam ex marmore statuas & signa , at-
que omnem structuram ex quavis ma-
teria constructam , velut quippiam ac-
commodatum ad exurendum acervos
runderum exaggerantia instar collium ex
omni genere materiæ accumulatorum ,
priorem aspectum confundentia , ut ne
illi quidem , qui ipsa construxissent agno-
scere possent , quid , vel ubi ea ipsa prius
faſ-

fuissent. Neque modo ab hostibus antiqua monumenta eversa sunt, sed etiam ab Imperatoribus etiam Constantinopoli amicissimis, inter quos primus Constantinus Magnus, quem Eusebius scribit templo Deorum diruisse, vestibula vastasse, tecta detraxisse, eorum statuas æreas sustulisse, quibus tot seculis gloriantur, easque in omnibus foris Constantinopoleos proposuisse non ad honorem, sed ad ludibrium; totamque Urbem sui nominis implevisse æreis operibus summa & antiquissima arte elaboratis, ut eas spectatores ludibrio haberent: aureas autem Deorum statuas, argenteasque è medio sustulisse, reliquasque ex pretiosa materia factas spoliassse, statuas verò ex ære factas reliquisse abjetas. Deinde auget Eusebius, quām infestus Constantinus fuerit Gentilium monumentis, ut ex toto Imperio ea deleri curārit, ut lege edixerit Gentilium templo evertenda esse. Quām etiam ipse Eusebius iis infestus fuerit, quām etiam reliqui scriptores Christianæ religionis, percipitur ex eorum scriptis: nempe tam acerbos fuisse in Deorum monumenta, quām Mametani nunc sunt innostrates statuas. Nec modò mediocres, sed etiam illi Coryphæi, Basilius, Gregorius, non modò in monumenta

lapi-

lapide ad eorum saevierunt, sed etiam in eorum libros, qui de eis lascivè scripsissent. Quid alios commemorem Imperatores Constantini successores omnibus notos, qui adeò infensi imaginibus fuerunt etiam Christianæ religionis, ut non solum ipsas everterint, sed etiam eārum pictores, scalptores, factores insecati sint, ut ex eorum insectatione, velut alii Parthici ex Parthia devicta, sic hi Iconomachi nominati fuerint. Sileo terræmotus non modò illos scriptis celebratos, quibus sub Zenone, Iustiniano, Leone Conone, Alexio Comineno Vrbis non modò præclara ædificia funditus eversa sunt, sed etiam tota ferè Vrbs, ejusque mœnia corrueunt, ut ea in antiqua sede consistere vix perciperetur, nisi Bosporus & Propontis (antiquæ Constantinopolis limites æterni) locum, in quo olim fuerit, circumscriptissent. Præte seo vastas Vrbis Regiones post longa incendia, & bella diu jacuisse desertas, inopia civium, deinde promiscuè ædificari cœptas, nulla cura habita vicos dirigendi; sed omisso discrimine ædificasse in ruinis incendiorum, & terræmotuum, ea fuit causa, usq; non modò sicut de Roma incensa Livius inquit, veteres cloacæ, sed etiam aquæductus & cisternæ per publicum ducatæ, nunc privata passim subeant.

subeant tecta, formaque sit Vrbis occupata, magis quam divisæ. Prætereo Regum Turcicorum claustra ingentia medium Vrbem occupantia, regiorumque purpuratorum septa integras Vrbis insulaſ claudentia, & vias publicas occupantia, vel longè avertentia, fundamentaque non modò supra terram extantia, sed etiam substructiones subterraneas abdicissimæ sagacissimè investigatas funditus demoliuntur: ac nisi vidissim per id tempus, quod ego egi Byzantii permulta templa, & palatia adeò penitus à fundamentis imis deleta, & Turcicis structuris postea referta, ut recognoscere nequirem pristinum eorum sicutum, non tam facile conjectarem, quid demoliri potuissent ab Urbe capta, quam quotidie etsi ædificijs publicis ornata student, tamen horridior est atque obscurior interdiu, quam olim noctu, in qua pernoctantium luminum claritudo (sicut Marcellinus ait) dierum solita imitari fulgorrem, ædificiorum splendorem illustrabar. Nunc diei fulgor casarum obscuritatem detegens, reddit obscuriorem. Unde fit, ut si vel Constantinus, qui illam restituit, ornavit, vel alii, qui eam auxerunt, reviviscerent: antiquorum ædificiorum sicutum non agnoscerent. Quid ego exterius? quem non antiquorum

edificiorum vestigia , non statuæ , non inscriptioñes , non numismata , non habitatores studiosi antiquitatis informantur , (qui alienissimi sunt ab omni antiquitate) sed potius inquirentem impediunt , ut nihil metiri , nihil percontari liberè ausus sim , non modo à Barbaris , sed ne à Græcis quidem , quibus nihil à literis alienius , nihil nomini Latino infestius , quod ut caninum mortdent , dente canino detestantur , execratur : neque offa ulla eos mitigate queas , sed muko succo uvæ ; quos ut impletaris , nisi crebras invitationes feceris , nisi Græco more exclamaveris te bibere , operam & vinum perdideris : neque tam ab eis quicquam reportaveris , nisi levia quædam , nisi morem bibendi , quem solum retinent ex mortibus antiquorum Byzantiorum . Ad has incommittates illa accedit , quod ex antiquis scriptoribus Græcis non adjuvati potes ad Constantinopolis cognitionem : non enim Dionysius Halicarnasseus , non Livius , non Strabo , non Vitruvius , non Varro , non alii infiniti , ad cognoscendam novam Romam , sicut antiquam , mihi auxiliati sunt ; non Blondus , non Fulgosius , non alii plerique mihi digitos ad fontes intenderunt , non ignotus scriptor patris Constantinopolitanus quic-

quicquam me docere potuit: ille enim meras nugas habet, & duntaxat docet, quis ædes sacras ædificaverit, sed in quo loco sitæ fuerint, non docet: qui si te inviceret, earum positiones ignoraret: adèò omnia immutata sunt, ut non modò, quæ supra memoriam viventium antiqua dicere possumus, sed etiam quæ sunt supra singulos cursus ætatis, antiqua dici possunt. Sic enim quotidie vastantur, ut senex nesciat, quæ puer vidit, neque modò ædificia antiqua deleta, sed etiam locorum nomina, quæ illa tenebant, amissa sunt, aliaque barbara successerunt, & planè Scythica inaudita. Sic enim hæc gens suam linguam amat, ut omnium locorum, quæ invaserit, statim immutet nomina, aliaque imponat nova incognita, non priñiorum nominum interpretationem habentia, sed quidvis aliud potius significantia: nondum enim se rerum potiti putant, nisi nominum potiantur; sicut enim Græca & Latina suspecta habent, ut timeant vel à nominibus ipsis. Quid igitur investigasti? exigua profectò vestigia cum ex hominum memoria, tum ex scriptis autorum quidem tempore recentium, sed usu antiquorum: quicquid enim est supra memoriam nostram, dicere antiquum possumus in recognitione locorum. Ex

illis paucis velut ex unguibus leonem,
 deprehendi quatuordecim Regiones po-
 tius, quam ex eorum descriptionibus
 non propriis, sed communibus, & am-
 biguis, aut ex vestigiis edificiorum, quae
 illæ continebant, & memoria paulo post
 extinguetur, si Turci valebunt: itaque
 fiet, ut ne me quidem multò diligentio-
 res postea ulla vestigia reperiant Regio-
 num Vrbis, ejusque monumentorum.
 Quibus si succurrere magis, quam ante-
 vertere conatus sum, & vendicare ab in-
 teritu proximè peritura, siquidem for-
 tasse erraverim, excusandus sum, &
 mea mora Byzantina diuturnior, quam
 voluissim, non accusanda, sed damnan-
 da fortuna, in quam me conjectit Franci-
 sci Regis mors, cuius nutu in Graciā
 accesseram, non diu ut desiderem By-
 zantii, sed ut conquirerem Codices Gra-
 corum antiquos, ut non uobis Byzantii,
 sed multorum locorum situs describe-
 rem, ut juvarem, si quid possem literas.
 A quo conatu depulsus, vetitus sum re-
 dire priusquam quipiam conatus es-
 sem, quamobrem venissem. Itaque meo
 tenui vestigali Asiam, Graciāque per-
 agrare conatus sum, urbesque nobiles
 describere: quod addere volui, ne quis
 putet, redditum meum retardatum vel ab
 aliqua Myro Byzantia, vel ab Asiaticis
 deli-

delitiis, quas omnes exopto his, qui maluerint meam fortunam calumniari, quam probare studium: ad quod non utilitas, non existimatio (cum domi meliora, & illustriora praestare possem, in animi tranquillitate, & salutari corporis ratione,) non Leonis Byzantii, non Pasiadis facetiaz me retinuerunt, sicut nec me retinuit pronuntiandi vehementia Byzantii Pythonis, quem Demosthenes etiam apud inferos horrere dicitur, non Barbarorum voces asperæ, truculentæ (quæ etiam non modo tardigadas beluas concitare possent, sed etiam Byzantium ipsum Pythonem ad relinquendam patriam) me extrudere potuerunt ad seditum celarem. Nescio quod fatum, me in hos errores ærumnos meliora sentientem rapuit; & scientem, & prudentem in omnia fere pericula conjecit: sive constantiae causa, siue rei honestas ad ea me impulit; confirmata Platonicorum judicio, tradentium nullum esse modum vestigandi veri, nisi inveneris; & querendi defatigationem turpem esse, cum id quod queritur sit pulcherrimum.

F I N I S.

358 DE TOPOGRAPHIA
TYPOGRAPHVS
Lectori S. .

HABENUS doctissimus & omni laude dignissimus Gyllius. Qui utinam editioni operum suorum interesse potuissest! sane tot mendis non scatnissent: quae nos tollere ex parte conatis, ne divinando quidem interdum bonum sensum elicere potuimus. Prater enim characterum nitorem nihil quod satufacere Lectoribus possit, in Gallica Lugdunensi editione occurrit. Tessimè omnia distincta: & quoties verbum aliquod desit, non antea deprehendere potuimus, quam ubi quo renderet autor planè incerti eramus. Conatis tamen sumus, qua potuimus; & ita exemplar hoc concinnavimus, ut paucioribus salebris obnoxii futuri sint Lectores. Quos etiam juvare studuimus doctissimi GUIDI PANCIROLI in Tractatum de Regionibus Vrbis Commentariis. Hac enim calcii Gylliani operis subjunximus: iterum sed alio ordine edito eodem libello & hand paulo emendatione. Singula autem Regionibus Commentaria dicti Panciroli subjunximus: Qui vir, et si à Gyllo ipso adjutum se fuisse fassus sit, plurima tamen lectu dignissima ex aliis autoribus deprompta addendo, rem hanc obscurissimam non mediocriter illustravit. Tu, Lector uere, & boni consilio.

V R B I S



V R B I S.

CONSTANTINOPOLITANÆ;
qualis tempore Arcadii & Ho-
notii fuit,

D E S C R I P T I O ,

incerto auctore:

Ex Libro Notitiae Vtriusque Imperii, à
GUIDO PANCIROLO edito;

Cum ejusdem in eandem Annotat.

R E G I O P R I M A
continet in se

Domum Placidia Augusta:
Domum nobilissima Marina:
Thermas Arcadianas:
Vicos sive Angiportus viginti
nove:

Domos centum, decem & octo:

Portiones perpetuas duas:

Balneas privatas quindecim:

Pistrina publica quatuor:

Pistrina privata quindecimi:

Gradus quatuor:

Curatorem unum, qui totius regionis solicitudinem gerat:

Vernaculum unum, velut servum in omnibus, & internuncium regionis: Collegatos viginti quinque, qui è diversis corporibus ordinati, incendiorum solent casibus subvenire: Vicomagistros quinque, quibus per noctem tuenda Urbis cura manda ta est.

Regio prima] Romam in regiones quatuordecim divisam fuisse, ex Plinio & Tacito constat, ubi urbis incendium à Nerone factum recitat. Eas breviter Sext. Rufus & P. Victor vii Consulares descripserunt: hinc quoque ante NOTITIAM VTRIVSQUE ROMANI IMPERII, ab ignoto auctore ponuntur: Constantinopolis, Romæ veteris simulachrum facta, & Nova Roma appellata, ipsa quoque illius exemplo in regiones xiv est divisa, ut auctor est inter alios Iustinianus, Novell. 43. qui eas κλίματα appellat: nonnullaque Romæ monumenta eò translata, & nova plura sunt fabricata; quæ velut Notitiae Vtriusque Rom. Imperii affinia, non omnino prætereunda esse duxi: Itaque quasdam ad ea clarius explicanda Annotationes apposui; et si nonnulla etiam in ejusdem Notitiae Commentario, prout occurrebat,

CONSTANTINOPOL. 381
rebant, suis locis sunt declarata. Hoc
rum descriptionis auctor id observat,
ut Ecclesiæ & dignota præmittat: mox
quæ omniaib[us] sunt communia, eodem
semper ordine recitat, Vicos, Domos,
Balneas, Pistrina, Gradus, Curatorem
unum, Vernaculum unum, Collegi-
atos; postremo Vico magistros. In xiiii
Regione per errorem Vici omittuntur;
& in xiv Curator, Vernaculus, Colle-
giati, & Vico-magistri pariter deside-
rantur: quos reponemus. Ecclesiæ xiv
In vii tantum Regionibus inveniunt-
tur: at Romæ nullus Vicus sua carebat.
Ædicula; & aliqui duas habebant. In
quaque igitur regione sigillatim singu-
la opera attingemus.

Domum Galla Placidia Augustæ]
Fuit filia Theodosii Magni, & soror Ar-
cadii Honorique. Hæc Româ captâ ab
Alarico Vandalorum seu Gothorum re-
ge abducta, Athaulfo Alarici affini, &
ejus successori, nupsit: quo extinto,
restituta, & Constantio, qui mox im-
peravit, nupta, Valentianum & Ho-
noriam filios suscepit, ut Eutropius,
Zonaras, Cedrenus & alii sunt au-
tores.

Domum nobilissima Marina] Arca-
dii filiæ, quæ Nobilissimæ titulo in si-
gnita, innupta mansit, ut auctor est

Cedrenus. Dignitas Nobilissimi in antiqua inscriptione primum Valeriano junidri tributa invenitur, circa annum salutis ccLX. Mox Sevetino & Maximino Cæsaribus, L. 1. C. de feriis, & deinceps aliis. L. 2. C. de mag. munic. L. 3. C. de feriis: donec ad feminas quoque pervenit. Hæc erat quædam participatio Imperii: nam hoc titulo honestatus, purpuream vestem aureo limbo circumdatam gerebat, & supra Praefatos sedebat, ut auctor est Zosimus libro 2, qui vult hunc honorem à Constantino excogitatum: sed constat longè antè fuisse.

Thermas Arcadianæ] Ab Arcadio extuctæ, Procopius de ædificiis Iustiniani, Oratione prima; Ex Propontide, inquit, ad Orientalem plagam Vrbem naviganti occurrit publicum Balneum, quod ~~Arcadiæ~~ dicitur, Constantini Vrbem alias variam exornans. Hic atrium Iustinianus exstruxit, quod Vrbi prætenditur, & teniter alluitur mari; ut qui hinc deambulant, cum præternavigantibus loqui possint. Hæc igitur in confinio maris in prædicto atrio sic habent: est enim atrium aspectu pulcrum, quod leves venti perflant: cuius inferna pavimenta columnarum & marmorum præcipua venustate integundum:

tan-

tantum enim splendorem effundunt, ut Solis radiis concettare videantur. Multa quoque atriū exornant; partim ænea, partim lapidea cælata, præbentia spectaculum multa admiratione dignum. Haec tenus Procopius. Hæc Thermae fortè sunt, quæ Xerolophus vocantur, quas ab Arcadio fabricatas fuisse, auctor est Cedrenus. Xerolophus, inquit, opus est Arcadii, columnæ Theodosii Tauro positæ omnia summe. Hoc opus in Foto Arcadii fuisse, Socrates scribit lib. 7. cap. 1. Loquenda enim de Sabatio heretico, ait: Faciebant collectas contra Sesonnicum suum Episcopum in loco civitatis qui Ξηρόλοφος [al. Ξηρούλος φόρος] appellatur, in Arcadii Foto. Hæc ille. Aedificium erat plures cellas continens: unde Thermas fuisse conjicio. Nicephorus enim Gregoras, libro 7. cap. 1. Athanasium Patriarcham Constantinopolis in cellis Xerolophi resedit esse scribit. Sonat autem hæc vox, inquit Suidas, Siccam inunctionem, sine lotione; quod ibi ungerentur, non lavarentur: & addit, olim fatidicum hunc locum fuisse, in quo è tripode responsa reddebantur, & leviter temporum Astronomica erat revoluuo: ibique xv; cochleati & recordati erant secessus. Ego quoque in vestito

tusto codice Græco xii cochleas ibi
fuisse legi, & Diana, Severique & Mar-
ciani columnas, ac minoris Theodosii,
& Valentiniani statuas. Ibidem scri-
ptum epigramma Iustinianus citat (in
§. item lex Cornelia Instit.de publ. jud.)
quod ex Xenophonte fuerat desumtum
in quinto Anabaseos. Zonatas quoque
Leone Isauro imperante, Arcadii sta-
tuam in Xerolophi columna positam,
terramotu concidisse scribit. Thermæ
verò h̄ic publicæ, vel à Principibus ædi-
ficatæ appellantur: Balnea erant priva-
torum.

Domus cxviii] Intelligo insignia
ædificia: quemadmodum Romæ Do-
mus ab Insulis distinguuntur. Alioqui
vici xxix vix singuli quaternas domos
habuissent. Nec dignus mediocri civi-
tati hic numerus ædificiorum fuisset.
Nobiles ergo domus h̄ic tantum re-
censentur; cætera ædificia omittuntur.

Porticus perpetuas duas] Longas &
perpetuas. Hæ non erant, ut hodie, ædi-
bus conjunctæ, ut pars earum confe-
rentur sed separatae, ad spatiandum, &
animi gratia ædificatae: unde Strabo,
lib. §. Geograph. ubi Romæ loca descri-
bit, Liviae porticum *περίπτερον*, id est,
deambulationem appellat: cui & Plu-
nius consentit, lib. 14. cap. i. Idem Stra-
bo

CONSTANTINOPOL. 365
bo. lib. 13. Georg. autor est, Cumanos
Æolas mutuam pecuniam ad exstruen-
dam porticum accepisse: & cum præ-
stituta die non restituerent, à creditore
prohibito fuisse, ne sub ea deambula-
rent: cum verò plueret, præ pudore edi-
cto permisisse, ut eam subire possent: &
cum præco clamaret, ut porticum subi-
rent, ivisse in proverbium, Cumanos
nescire ob pluviam porticum subire,
nisi à præcone admonerentur. Has VI-
pianus intelligit, cum porticus sine ædi-
bus fuisse scribit in lege cætera 41. § hoc
Senatuscons.de leg 1. Tacitus (libro 15.)
loquens de Neronis incendio, Porti-
cus, inquit, amoenitati dicata, latius
procidere. Talis fuit porticus Athenis:
cujus partem à Mycone mercede, par-
tem à Polygnoto gratuitò pictam Pli-
nius memorat lib. 35. cap. 3. quæ ob id
varia [ποντίλη] est appellata, in qua •
Zeno docuit, ob id Stoicus nuncupa-
tas. Suidas in ver. 501. Imaginibus ar-
genteis & marmoreis hujusmodi por-
ticus exornari consueverant, ut ex te-
stamento apud Marcellum (in L Seia,
§. ult. als. Lucius de aur. & arg. leg)
deprehenditur: Hæredem meum, in-
quit, volo, ut in patria mea faciat por-
ticum publicam: in qua ponи volo ima-
gines argenteas, item marmoreas. Hic

dñs

dus porticus intelligi puto, à Palatio usque ad Forum Constantini: quæ per longum spatium sunt perpetuæ, nec interrumpuntur. Procopius enim scribit (de ædific. Iustinian. orat. i.) Iustiniano imperante Palatum, ædem Sophiz, & utrasque Porticus magnas, usque ad Forum Constantini artisse. Idem & Cedrenus: qui easdem ambas porticus Basiliaco imperante flagrassæ memorat: & hæ semper sunt restitutæ. Quælibet autem Regio Constantinopoli aliquot porticus habebat: quod Romæ erat securus.

Gradus iv] Tribunal intelligitur: ad quod per gradus marmoreos ad accipiendum panem plebi dandum ascendeatur: qui panis *gradilis* à gradibus vocatur. Valentinianus (in l. C. Theodos. de anno civi.) Panis, inquit, gradilis in alium gradum translatio inhibetur. Idem (in d. l. 2. C. Theod. co.) Universi panem gradilem de gradibus adipiscantur. Ex quibus constat, gradum eminens tribunal fuisse, unde panis capiebatur. Constantinus enim (ut auctor est Metaphractes) quotidie octuaginta millia panum in pauperes clargiebatur. Socrates (lib. 2. cap. 13.) octuaginta millia modiorum humenti scribit: quibus Vinum, Carnem,

&

& Oleum addidisse, Suidas tradit. Erant ergo iv gradus seu tribunalia in prima Regione ad hæc distribuenda eræti.

Curatorem unum, qui totius regionis sollicitudinem gerat] Hi ab Augusto primum inventi, Magistratus à Tranquillo appellantur, cap. 30. Spatum, inquit, Vrbis, in Regiones Vicosque divisit: instituitque, ut illas annui Magistratus sortitò tuerentur: hos Magistri è plebe electi. Illoruim loco Curatores x iv. postea Alexander Augustus instituit. Lampridius: Fecit Roma, inquit, Curatores x iv. sed ex Cos. viris; quos audire negocia urbana cum Prefecto Vrbis jussit: ita ut omnes aut magna parte adessent, cum acta fierent. Hi videtur lites suæ Regionis curasse: & pupillorum inopumque curam habuisse.

Vernaculum unum, velut servum in omnibus, & internuncium Regionis] Hunc credo fuisse velut ministrum Curatoris, qui nuncia perferebat ad homines suæ Regionis pertinentia. Hi sunt, qui à S. Rufo & P. Victore in Regionibus Romæ Denunciatores vocantur: quorum bini in qualibet Regione erant constituti.

Collegios xxv, qui ex diversis corporibus ordinati, incendiorum solent casti-

casibus subvenire] Roma Præfetus Vi-
gilum vix cohortibus libertinorum
hominum imperabat : quos Augustus
~~ad arcenda incendia instituit , si~~ que
cohortes binis Regionibus præpo-
suit, ut Paullus (in l. 3. de off. præf. vig.)
Tranquillus & Dion lib. 55. memorant.
Constantinopoli vero DLXIIII vici , ex
diversis artificum corporibus extracti
per xv Vrbis Regiones , & ipsi nocte ad
arcenda incendia excubabant , qui Col-
legiati vocabantur. Hic numerus nec
minui , nec augeri poterat ; & uno mo-
riente , Præfetus Vrbi alium ex ejus
corpore substituebat. Honorius & Theo-
dosius ad Aetiam P. V. & non P. P.
ut vulgo legitur in l. pen. C. de com-
merc. & ita ex Cod. Theodosiano (in
l. ult. C. Th. de calcis coet.) emenda-
dum. Quingentorum , inquit , sexaginta
trium Collegiorum numerus
maneat : nullique jus addendi mutan-
dive , vel in defuncti locum substituendi
pareat copia : ita ut judicio tuæ sedis sub
ipsorum præsentia corporatorum in eo-
rum locum quos humani subtaxerint
casus , ex eodem quo illi fuerint cor-
pore subrogentur. Hæc illi. Eligebantur
autem Collegiati ex xxxv corporibus
artificum , quos Constantinus in epi-
stola ad Maximum recenset (in l. 1. C.
de

de excusis artif.) qui ab omnibus munerebus personalibus, præterquam ab arcendo incendio immunes erant (l. i. C. de privileg. corporat.) In prima hac Regione erant tantum Collegiati xxv: in aliis alii, qui complebant numerum DLX. (vel DLXIIII.) ad quem excludendum, in xiv. Regione xxxvii aut xl (ut legitur apud Zenonem, l. i. C. de Collegiat.) desiderantur. Alibi Collegiati pro Decanis defunctos humanitibus accipiuntur: (in l. 9. C. de sacr. sanct. eccl.) aliquando pro Municipibus, in l. 41. C. Th. de op. publ.

Vicomagistros quinque, quibus per noctem tuerenda Vrbis cura mandata est]
 Hi primùm ab Augusto inventi. Tranquillus in Aug. cap. 30. Spacium, inquit, Vrbis Regiones vicosque divisit: instituitque ut illas annui magistratus sortitò tuerentur; hos magistri, è plebe cujusque viciniæ electi. Itaque singuli Curatores singulas Regiones tuebantur: vicos plures Vico-magistri appellati: quos credendum est aliquot milites habuisse, quibus noctis latrocinia & alias injurias prohiberent: sicut erant Romæ Vigiles dicti, (l. si maritus, C. de adult.) qui id curabant, & Custodes Urbis quandoque (l. sed & miles, §. qui aux. de excusis tutor.) vocantur. Romæ

370 DE TOPOGRAPHIA
pro singulo vico bini, terni, & quaterni
statuebantur Vicomagistri. Hic vero
quælibet regio quinque tantum habet:
ita ut universi sint LX, et si infra in col-
lectione civitatis LXV numerantur.

REGIO II.

Regio secunda ab initio Theatri mi-
nori per aequalitatem sui latenter molli
sublevata clivo, mox ad mare præcipitum
abrupta descendit. Continet in se
Ecclesiam magnam:
Ecclesiam antiquam:
Senatum:
Tribunal purpureis gradibus extre-
sum:
Thermae Zenzippi:
Theatrum:
Amphitheatrum:
Vicos sive Angiportus triginta qua-
tuor:
Domas nonaginta & octo:
Torticus magnas quatuor:
Balneas privatas tredecim:
Pistrina privata quatuor:
Gradus quatuor:
Curatorem unum:
Vernaculum unum:
Collegios triginta quinque:
Vico-magistros quinque:
Ecclesiam magnam] in Templum
S. So-

§. Sophiaz, id est, *Dei Sapientia*, à Constantino, vel (ut alii) à Constantio conditum appellabatur : quod incendio exustum, postmodum Iustinianus omnium orbis terrarum splendiissimum fecit : de cuius nobili architectura Periandri liber, & alii, extant. Evagrius scribit, templi longitudinem fuisse pedum cxc : latitudinem pedum cxv : altitudinem à pavimento ad centrum hemisphaerii pedum clxxx.

Ecclesiam antiquam] Fortè aliquam ex illis intelligit, quæ à Constantino conditæ fuerant ; & aliquot Procopius recenset orat. i. de ædific. Iustiniani.

Senatum] Locus in quo Senatus habebatur : quem, ut auctor est Sozomenus, Constantinus Magnus ædificavit : ubi eandem celebritatem kalendis Ianuarii quotannis fieri voluit, quam Romæ Senatus habebat. Incendio combustum, ob seditionem ottam de ejiciendo D. Io. Chrysostomo, splendiidiorem Iustinianus restituit, ait Procopius.

Thermas Zeuxippi] Insignes eæ erant porticu domos & officinas circumdante. Illis anni redditus, ad accendenda balnei lumina, & sarta recta habenda, assignati erant. Theodosius (in l. qui plusimæ, C. de op. publ.) Quia,

A a z inquit,

inquit, plurimæ domus cum officinis suis in porticibus Zeusippi [Zeuxippi] esse memorantur, redditus memoratorum locorum pro quantitate, quæ plausit, ad præbenda luminaria, & ædificia ac recta reparanda, Regia Vrbis lavacro sine aliqua jubemus excusatione conferri. Hæc ille. Scribit autem ad Severinum Præfectum Vrbi (non Prætorio:) ut rectè legitur in Codice Theodosiano, l. 52. de oper. publ. Hoc balneum Palatio Principis vicinum fuisse, & postea Numerorum vocatum, Niccephorus scribit lib. 9. cap. 9. Ejusdem Sozomenus & Sozrates meminerunt. Id credo primùm à Zeusippo conditum, qui circa Neronis tempora Byzantji Christianos affixit (Niceph. lib. 8. cap. 7.) & intet alios Divum Andream Argyropolim fugere compulit. Erat tum, ut puto, Macedoniae & Thraciae Præfector. Hoc balneum postmodum Severus Imperator auxit, & ornavit: unde Severi est appellatum: verum Cædrenus ab ipso conditum affirmat. Numerorum deinde balneum est nuncupatum, quia milites ibi lavabantur. Zosimus lib. 2. in peninsula id fuisse scribit: Olim quidem, inquit, eo loco portum habebat, quo porticus illæ definit, quas Severus Imperator exstruc-

exstruxit , cùm suās adversus Býzantios
īras deposuisset , qui hostem ipsius Ni-
grum in urbem admisissent. Hæc ille.
Suidas auctor est , Christodorum poë-
tam statuas & imagines Zeuxippi car-
mine celebrasse : inter quas laudatur
quæ Hesiodo poëtæ posita fuit. Proco-
pius , lib. i. de ædit. Iustiniani , id bal-
neum affirmat à Iustiniano restauratum
esse : sed Zeuxippum dici , quia ibi
equorum juctorum cursus exerceba-
tur , quod Græca hæc dictio sonat. Ejus
meminit D. Gregorius Nazianzenus in
oratione ad Arianos ; & de se ipso ; Nec
novam , inquit , illam Hierusalem , hoc
est , Zeuxippum inviso . Imperante Iu-
stiniano incendio consumptum est Cen-
drenus : Incendio , inquit , consumptum
est Balneum Severi , quod Zeuxippi no-
men gessit : in quo varium inerat spé-
ctaculum , artiumque splendor , & mar-
morum , & lapidum , & ex ætre imagi-
num ; & opera virorum , quæ à multis
sæculis fabricata erant ; quibus hoc u-
num deerat , quod animæ non inerant
illorum , quos referebant. Inter præci-
pua & ingenium superantia opera , sta-
bat & Homerus , qualis fuerat cogita-
bundus , manibus insertis infra pectus:
barba sine cultu demissa ; capilli capi-
tis æquales , rami ab utraque sincipitis

parte: facies præ senio hirsuta, accuris de universo: nasus ad reliquas partes proportione æquali, oculi palpebris affixi; ita ut cæci formam præ se ferrent, qualem eum fuisse, fama fert. Supra tunicam palliolo erat amictus. Et ad basim infra pedes ejus, lorum quadam æneum subjectum. Erant portò æneæ columnæ omnium sapientia, poësi, arte dicendi, ac fortitudine clarorum virorum.

*Tribunal purpureis gradibus extre-
sum] Id erat ex marmore porphyrite:
quæ vox Latinè *purpureum* sonat, quia
purpuram hic lapis imitatur.*

*Amphitheatum] Secundum littus
maris: per quod ad Palatum Princi-
pis, & Portum Iuliani ibatur: in quo-
rum medio fornaces esse consueverant,
quæ à Theodosio juniore tolli sunt iuf-
fæ: in l. ult. C. Th. de calcis coetor.
Omnes, inquit, fornaces, per omne
spacium, quod inter Amphitheatum
& D. Iuliani portum & littus maris ex-
tenditur, tolli præcipimus, propter salu-
britatem Urbis amplissimæ, & nostra-
rum ædium vicinitatem: nec ulli his in
locis coquendæ calcis præberi licentiam.*

REGIO III.

Regio tertia, plana quidem in superiori parte, utpote in eo Circi spatio largius explicato, sed ab ejus extrema parte nimis prone clivo, mare usque descendit. Continet in se eundem

Circum maximum:

Domum Pulcheria Augusta:

Tortum novum:

Porticum semiretundam: qua ex similitudine fabrica Sigma Graeco vocabulo nuncupatur:

Tribunal Fori Constantini:

Vicos septem:

Domos nonaginta quatuor:

Porticus magnas quinque:

Balneas privatas undecim:

Pistrina privata novem:

Curatorem unum:

Collegiatos viginti & unum:

Vicomagistros quinque.

Domum Pulcheria Augusta] Sotoris Theodosii junioris, quæ virgo permansit: et si mortuo Theodosio fratre, Martiano, quem creavit Imperatorem, nupsit. De hac multa Zonaras, Cedrenus, Zosimus, Nicephorus & alii. Alium domum in x Regione habuit.

Tortum novum] Est forte ille à Juliano apostata fabricatus. Alius fuit in

376 DE TOPOGRAPHIA
v.i Regione Neotius vocatus, ubi erat
navale.

Porticum semirotundam, qua à similitudine fabricæ, Sigma Graco vocabulo nuncupatur] A similitudine Græcæ litteræ C (qua nunc Σ scribitur.) Hujus sepe Zonaras & Cedrenus (in Michaële Monacho, Basilio Macedonio) mentionerunt.

REGIO IV.

Regio quarta, à Millario aureo collibus dextra lavaque surgentibus, ad pleniciem usque vallis ducento perducitur. Continet in se idem

Milliarium aureum:

Augstantum:

Basilicam:

Nymphaum:

Porticum Phanionis:

Liburnam marmoream, navalū Victoria monumentum:

Ecclesiam sive Martyrium Santi Menna:

Stadium:

Scalam Timafii:

Vicos triginta duos:

Domas trecentas septuaginta quinque:

Porticus magnas quatuor:

Balneas privatas septem:

Pistri-

Pistrina privata quinque:

Gradus septem:

Curatores unum:

Vernaculum unum:

Collegios quadraginta:

Vicomagistros quinque.

Miliarium aureum] De hoc ita Cedrenus scribit: Supra Miliarii forniciem duæ sunt statuæ Magni Constantini, & matris ejus, & in harum medio Crux: à tergo earum Trajanus, & juxta hanc Aelius Hadrianus eques, & Horologium, à Iustiniano ibidem collocatum. Erat hæc columnæ Romæ in Foro ab Augusto posita; à qua omnes viæ Italiz initium & finem accipiebant, ut Plutarchus, Dion, P. Viator & alii tradunt: non tamen ab ea milliaria numerari cœpisse, Aemilius Macer monet, in l. Mille de ver. sig. Mille passus, ait, non à Miliario urbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt. Sicut ergo Romæ erat Milijarium aureum, ita & Constantinopoli, quæ Nova Roma appellata, in omnibus veterem imitabatur. Sed ibi non columnæ, ut Romæ, fuisse videtur, sed ædificium; ut ex prædictis Cedreni verbis, & ex Suida deprehenditur: qui sub ejus testudine Constantini & Helenæ columnas & Crucem, ac simulacrum Fortunæ, plu-

• Aa s resque

378. DE TOPOGRAPHIA
resque alias statuas fuisse scribit; & illud
Miliū, non Miliarium appellat.

Augusteum] Erat ingens ærea co-
lumna, à Iustiniano fabriçata. Cedren-
nus: Absoluta est, inquit, anno xv i Im-
perii Iustiniani ærea columnæ magna,
quæ vocatur Augusteum: eique impo-
sita est Iustiniani statua equestris, sinis-
træ manu tenens pomum rotundum,
quo indicatur Orbis Imperium pecc
ipsum esse: dextram autem intendebar,
quasi Persas juberet stare, & Romano-
rum dictionem non invadete. Omnes
verò æreas circa columnam tegulæ e-
rant auratae, introitum Palatii Con-
stantini Magni tegentes: qui etiamnum
æreas dicitur.; columnæ verò Augu-
steum vocatur. De hac latè Procopius,
de ædific. Iustin. in 1. orat. Vbi Augu-
steum non columnam, sed locum, in
quo erat columna, vocatum fuisse scri-
bit, quod & Macellum appellabatur.
Columna, inquit, præcipua, magnitu-
dine admiranda, non tamen simplex &
uniformis; sed grandibus in circuitu
lapidibus composita. Hanc æs opti-
mum, in tabulis & verticibus circum-
fusum undique vestit, lapides ipsos suo
robore vinciens, & ornatu tegens; co-
lore quidem auro puro obscurius, di-
gnitate vero non multo inferius, par-
planè

planè & æquiparandum argento. In
hujus columnæ vertice stabat prægran-
dis equus, ære conflatus, versus ad au-
toram, admiratione dignus, similis itu-
ro, & antè pulchrè proclinato. Nam
inter priores pedes sinistrum levat, tan-
quam terram pulsaturus, alter pes la-
pidis, super quem graditurus est, infixus
hæret. Postiores verò pedes ita con-
trahit, ut si state prohibeatur, in parato
sit. Huic equo insidet æreum Regis si-
mulacrum; Achillem vocant, propter
figuram, quam refert; etenim soleas
subligatas habet, absque ocreis. Pectus
heroico thorace munitum est, & caput
galea. Splendorem quemdam projicit,
spectans ad Orientem, iter, ut opinor,
accepturus ad Persas. Gerit sinistra ma-
nu orbem, quo innuit terram & mare
ibi subditum esse. Nihil armorum te-
net, neque ensim, neque hastam, sed
tantum Crucem orbi impositam, per
quam regnum & belli victoria illi ob-
venit. Dextram manum ad Orientem
extendit; & porrectis digitis jubet ut
Barbari ultrà non progrediantur. Infra
verò locum hunc Augustum forum appellat: Est forum, inquit, aucto regias,
columnis circum munitum; Augustum
vocant Byzantii: in hoc ad Auroram
Curia seu Praetorium exstructum est, lu-
stinia-

stiniani Regis opus: quò Romanorum
Senatus conveniens initio anni solen-
nem festivitatem peragit. Idem & Sui-
das tradit. Phavorinus forum obsoniorum
Augustæum fuisse tradit; ita appellatū,
inquit Suidas, quòd Idibus Octo-
bris singulis annis Regionum Curatores
& Senastophori in honorem Augusti ibi
saltarent; vel quòd Constantini & He-
lenæ ejus mattis statuæ eo in foro esse
locatae.

Basilicam] Basilica quoque omnium
insignis ibidem erat ædificata; de qua
hæc Cedrenus: Ortum à mediis chal-
copratiiis incendium, cùm utramque
porticum, tūm contigua omnia, & Ba-
silicam devoravit: in qua fuit Biblio-
theca librorum 120 [millia] continens.
inter quos libros fuit etiam draconis
intestinum pedes 120 longum; cui Ho-
meri poëmata Ilios & Vlyssæ aureis li-
teris fuerant inscripta, cum historia re-
rum ab Heroib[us] gestarum. Erat Basili-
cæ testudo multis columnis suffulta:
qualia hodie visuntur temp[la], ordini-
bus columnarum sustentata; quæ [tem-
pla] etiam Basilicæ appellantur, quòd
instar Basilicarum sint fabricata. Eam
in vii Æneïdos Virgilius describit:

Vib

*Templum augustum, ingens, centum
sublime columnis.*

*Vrbe fuit summa, Laurentius regia
Pici.*

*Hic sceptra accipere, primosque at-
tollere fasces,*

Regibus omen erat.

Ibi causæ agitabantur, Legati civitatum audiebantur; publicaque negotia tra-
tabantur. Hæc inaurata; marmori-
bus splendebat. Theodosius Cyro P., V.
Constantinopolitanæ, L. Basilicam, C.
de oper. publ. Basilicam, inquit, aura-
tam, & marmoribus decoratam [in]
nullius imaginis aut pictarum tabula-
rum obumbratione fuscari jubemus;
Cùm verò Constantinopoli & ejus Vr-
bis Præfecto scribat, hanc significat. De
cædem, credo, intelligit Zonaras in
Leone Magno, quum flagrasse Maxi-
mam Domum vocaram scribit: in qua
& Senatus & delecti cives deliberatum
convenire solebant, atque ipse Impera-
tor, consularem vestem sumptuarius.
Opus illustre & splendidissimum: in
quo pedaneos judices in cellulis judicaf-
fe Iustinianus scribit, in s. sedebant aut.
de judic. Novell. 81. Hanc Basilicam à
tergo Miliarii fuisse, Suidas scribit: in
verbo βασιλείη: & in ea statuam in-
auratam, & alias. Inter cetera ibi erat
elephas, à Severo ob hanc cauissam fa-
ctus, quod argentarius quidam illius
causto-

mam ex consummatione accipere , in
l. Si is qui quadringentia , ad fin. ff. ad
leg. Falcid. Hoc Stadium spectabat ma-
re . Procopius De ædificiis Iustiniani
orat. l. in fin. In loco , inquit , mari
proximo , quod autem Stadium vocavit
(certamqibus quibusdam , opinor , lo-
cum olim dedicatum) ampla Xenodo-
chia Iustinianus & Theodora uxor ex-
struxerunt. Hæc ille.

Scalam Timasii] Erant trigradus per
collem ad mare descendentes , à Timasio
facti : vel locus ad commode descen-
dendum paratus , ita nuncupatur : nam
Scalam etiam descensum ex navi vo-
cant. Gyllius lib. 2. cap. xi. de Bospoto
Thracio Scalam molis brachium pon-
ticuli interpretantur : Credendum ta-
men est , hinc marmoreas scalas fuisse ,
cum locus pro insigni nominetur. Ex
his aliquod vestigia colligebatur , quod
ad Aquæductus reparationem impen-
debatur . Theodosius (in l. ad repara-
tionem , C. de aquæduct.) Ad repara-
tionem , inquit , Aquæductus hujus al-
mæ Vrbis , omnia vestigalia , quæ col-
ligi possunt ex universis scalis hujus in-
clyta Vrbis , ad refectionem ejusdem
Aquæductus procedunt. Hæc ille. Na-
ves , credo , quæ merces exonerabant ,
aliquid solvabant , Iustinianus quoque

recitat codicillois: Hierio in quibus ne-
poti Hierio subuersum: coparium cum
exhibuit. fensis ueliquis p. Novell. 3, 9.
Item Cedrenus auctor est. Copronymo
imperante, favissimo frigore mare con-
cretum fuisse: mox repente aere; in-
ter abfractum glacie. Arcis Scalias
Constantinopolis attrivisse. Fuit Timasius
Magister Peditum Margi Theodo-
si, qui à Valentia temporebus militare
coperat. Ab Eccl. Arctadi cubilcu-
lario per calumniam accusatus, in Oa-
sim est telegatus. Syagritus P. P. pater,
ut Zosimus in s scribit.

R. A. G. L. O. V.

*Regionis Quinque pars modicas pars, in
obligioribus posita locis, plantis exci-
piente productis in qua necessariae
utilitatis adficia continentur. Continet
in se:*

Thermas Honorianas:

Cisternam Theodosianam:

Prytaneum:

Thermas Endocianas:

*Strategium, in quo est Forum Theo-
dosianum; & obeliscus Thebaeus
quadratus:*

Horrea bolearia:

Nymphaeum:

Horrea Troadenia: [al. Croadentia:]

Horrea Valentiniarar.

Horrea Constantiaca:

Portum habet Proserianum: [al. Proserpinae bispherianum:]

Scalam Chalcedonensem:

Vicos viginti tres:

Domes centum octoginta quatuor:

Porticus magnas septem: [al. quatuor:]

Balneas priuntas undecim:

Pistrina publica septem:

Pistrina private duo:

Gradus novem:

Macello; duos:

Curatorum unum:

Vernaculum unum:

Collegios quadraginta:

Vicomagistros quinque.

Cisternam Theodosianam] Locus est infra terram concameratus, non vivam, nec perpetuam, sed imbris conceptam aquam continens: L. i. s. hoc interdictum, ff. de fonte. Petrus Gyllius, in Topographia Constantinopolis scribit, se Constantinopoli inventam sub terra cisternam, ignorantibus dominis indicasse. Erat, inquit, longitudinis ccccxxxvii, latitudinis clxxxii, ambitus ccxxiv passuum. Concameratio sustinebatur marmoreis columnis ccccxxxvi. pedes xii inter se distantibus. Singulæ xi dodrantum al-

tim-

titudinem superabant : In longitudine per XII ordines, in latitudinem per XXVIII erant dispositæ. Hydræ, irrigente aqueductu, ad media columnarum capitula impletabantur cisterne, piffesque innatabant : quos aedium dominus testate navicula circumvectus, tridente transfigebat.

Prytanum] Athenis erat acx. Prytanum vocata : in quam Senatoræ ac Sapientes conveniebant, & viri de Republica bene meriti publicè alebantur. Cicero lib. I. de Orator. Suid. in Πρύτανεῖον. Cujus exemplo, prope Cisternam Regiam erat Constantinopoli Palatium, in quo vir doctissimus duodecim discipulos studiebat, qui postea Republicæ uiles fuxuri essent. Cedrinus in Leone Isacco Iconomacho : Apud Regiam, inquit, Cisternam Palatium erat venerabile, in quo juxta antiquam formam Occumenicus magista [magister] sedebat, duodecim habens discipulos, eruditione & vita graves. Hi cum omnem discendi scientiam clericate & amplitudine ingenii perceperissent : Ecclesiasticam divinarum rerum sapientiam acri studio tractabantur. Absque eorum consilio quicquam agi, ipsis quoque Imperatoribus nefas putabantur : quos Leo sustulit. Id Zonaras

clarior exprimit: Domus; inquit, erat in Basilica, proxime Forum Aerarium regio; in qua multi codices & humi-
næ ac divinitate sapientia adserabantur ab antiquis temporibus: & ad habitandum attributa qui eradicione excelle-
set, quem Occultum Doctorum appellabant. Is duodecim contuberna-
les habebat excellenter eruditos. Hu-
publicus vietus prestabatur: quos era-
dicionis avidi adibant. Hes etiam Im-
peratores ad rerum gerendarum con-
ilia adhibebant. Quos cum Leo in suam
sententiam, ut imagines impugnaret,
trahere nequivisset, nocte cum libris
combussit. Quemadmodum ergo A-
thenis viri de Republica benemeriti in
Prytaneo alebantur: ita & hic eruditæ.
Et ob id Prytaneari hanc domum vo-
catam fuisse puto, quæ instar Athenien-
sis credita fuit.

Thermal Eudorianas] Ab Eudocia
uxore Theodosii junioris, quæ ante-
quam Christiana fieret, Athenais vo-
cabatur; de qua plura Zonaras, Nice-
phorus, & alii. Alias habebat ædes in
decima Regione; ubi de ea aliud di-
cetur.

Strategium] Hæc interpretor Castra
Prætoriana, ubi degebant Prætoriani
milites. Eo in loco erat Forum Theo-
dosia-

deſiañum , & Obeliscus Thēbæus quadruſ Thebis Aegypti Conſtantinopolim advectus ; quā in quadeam erat forma-
tus.

[Horrea bolearia] Credo legendum
olſaria ſine aspiratiōne , ubi oīcum con-
debarūt.

[Horrea Troadenſia] E Troadenſi ad-
vecta merces , vel frumenta continen-
tia : quemadmodum iā nona Regione
ſunt Horrea Alexandrina , in quibus
frumenta Alexandria advecta conſerva-
bantur. Troas vero eſt regio Phrygia
ad Hellespontum ſita , non longe à Con-
ſtantinopoli.

[Horrea Valentinsana] A Valente Im-
peratore facta. Fortè hoc eſt illud Hor-
reum , in quo Suidas (in verbo Manaim)
ſcribit Manaimi ſtatuum fuifſe , qui ad-
verſus Scythes exercitum duxit. Et ibi
erat ænus modius ; ut ſecundum ju-
ſtam ejus mēſutam frumentum eme-
reſtur & vendeſtis , precio aurei à Va-
lente in modios. x : i præſtituo. (pro
Valentiniādo eſſam lego Valente , qui
Conſtantinopoli imperavit.) Is nauſe
manum præcidi jufſit , qui ejus legi
fraudem fecit. Et ob facta memoriam
manus æræz ibi ſunt affixæ.

Erant & Horrea , ipa quæ aurum ; ar-
gentum & gemmas deferebantur. Nam
erant

Paulus Iurecons. homines in Horreis
preciosissimam partem fortunatum re-
posuisse scribit in l. 3. § effracturæ, ff.
de offic. Præfect. vigil. Lampridius quo-
que refert, Horrea Alexandro fabricata
fuisse, in quæ privati homines qui do-
mi loca non habebant, aut custodia
carebant, aurum, argentum, gemmas,
aut grana convectarent. Domini verò
Horreorum illata suo periculo custodie-
bant. L. cùm plures s̄ locator. locari.

Portum Proserianum] In quo edulis
exonerabantur. Προσφορὴ enim Gra-
ci esculenta vocabant.

Scalam Chalcedonensem] Commo-
dum descensum è regione Chalcedonis,
ut eo trajiciatur: nec amplius stadiis
quinque ab Europa dividitur.

Macella duo] Duo loca amplia in-
telligit, in quibus obsonia vendebantur.

R E G I O V L

Regio Sexta, brevi peracta planitia,
veliqua in deverso conficitur. A Foro nam-
que Constantini, Scalam usque fine tra-
jectum Sycanum, porrigitur spacio finis.
Continet in se

Columnam purpuream Constantinæ:

Senatum ejusdem loci:

Neorium portum:

Scalam Sycanam. &c.

Vices

2

Vicos viginti duos:

Domes quadringinta octoginta qua-

tinat:

Porticum magnam unam:

Balneas privatas novem:

Pistrinum publicum unum:

Pistrinia privata decem & septem:

Gradus decem & septem:

Curatorum unum:

Vernaculum unum:

Collegatos quadraginta novem.

Vicomagistros quinque.

Columnam purpuream Constantini]

Hæc erat in Foro Constantini, lapideis
tabulis strato. Zonaras in Nicephoro
Phoca Imperatorem Nicephoram, in-
quit, maledictis usque in Forum lapi-
deis tabulis stratum prosequuntur; in
quo Columna rotunda Porphyretica si-
ta est. De hoc ita Cedrinus: Constan-
tinus anno sui Imperii xx i v. forum
condidit, cum duobus amplis Rositis:
in eoque Foro Columnam Romam alla-
tam posuit, uno solidoque lapide con-
stantem, qui totus erat purpureus, id
est, ex porphyrite constans: atque eam
æreis fasciis vinxit, inscriptis. In ejus
summo statuam sibi collecavit, cum
hac inscriptione, C O N S T A N T I N U S.
Splendebat Solis instar. Opus fuit Phi-
diæ, Athenis adiectum. Sub basim co-

● B b ♀ lumnae

394. DE THEODOSIO ARKHI
lumnæ v. i posuit spumas, ac h. i cophi-
nos Christi miraculis insignes: infra scri-
prosque versus apposuit: (Cedrinus in
Theodosio:)

*Tibi Christe, omnimodis dexteris, rectiorque
optimus, tu me exaudi.*

*Urbem tuam et teibi quae sanuissimæ modè
subdidimus.*

*Et sceptra, Romanamque omnem po-
tentiam.*

*Hac tu malis defende semper ab om-
nibus.*

Ideas sexagesimæ aliis verbis Zonaras πατεῖ
Tererech, inquit, Columnam Porphyri-
um Rame, mferente, allataam, in
Foco lapideis, daibulis instrato locavit:
unde à Græcis placuisse nominatur: su-
praque æneam statuens, arte & magni-
tudine admirabilem erexit: antiquæ enim
manu pœcile viyens expressa erat: Id A-
pollini simulachrum fuisse fermat, ex
Iliei Phrygiæ evanescere; sed Constanti-
nus suum, illi posset, iudicavit, clavis
quiibusdam capiti inservit, qai corpus
Domini salutiferæ Crucis affixavat. Ea
ad nostram æatem permanuit integra,
columnæ inservens: Sed sub Alexio Co-
mmenio, vebamenti usq. i portu deje-
cta concidit, & paulos conseruit. Si-
tuam illam Nicerædorus (lib. Ecclesiast.
8. cap. 4.) molius exprimit: Magis

matu; inquit, illam porphyreum marmoris Columnam, construxit: in qua statuam quoque suam, collocavit, in populo seu vertice triuadi, - Cuiusdam in fixam praeponitatem. Quo dilectis symbolis, iudicavit, virtute invictius et opificis signis, estans. Bonorum, materialium, à se subactum. Gylpha, scribit illam ex mixta lapidibus, constructam, aereis lauratisque Zonis compissa, ut videri non possent, cingentibus. Sed his dissolutis, hodie structura quadam intercisa, marmora lohiga atque Columna est, ab iudicatis pedem in lato et proculibet altis, per tergitachas, spissas, & stylobates. Sicut est in Foro Constantini.

Senatum eisdem loci] Erat in Foro Constantini ad portam domitis, Senatus nuncupata, æneis statuis, &c. marmoreis porphyreis operata, ut quare Senatoris, &c. principai. ciues, delibetandi causa, conservata, conservata, & tunc per arceos, consulares vestes, recipere solebat, Leone Magno imperante, flagravit, ut Zenatas & Cedrenus, memoret.

Naerium portum] Id. est Navale, ubi naves fabricabantur, & quo Piora illi proxima secundum aliquos Neorii dicitur: sed a Gedreno, & Zenara, juxta in XII Regione, Augea vel Bulebra vocatur.

394 D E T O P O G R A P H I A
Alii Imperialem nominarent, quia Arei
Principis proxima erat.

Syconam Scalam] id est, gradus,
quibus ad litus descendebatur, ut in Sy-
conam proximam insulam trajicesetur,
qua nunc Pesa vocatur. In hoc toto si-
nu multa navicularum millia, pluresque
quam Veteris cymbæ ad transferendos
homines comparata reperiuntur. Pesa-
maz vulgo dicuntur, quod ultra citroque
transferant.

Pontium magnum usque ad Forum Constantini extendebatur,
quam ob seditionem Justiniano impe-
rante crespatam Procopius scribit lib. i
de bello Persico.

R E C I O V I L.

*Regio septima, in comparationem su-
periori planior, quamvis & ipsa circa
litoris sui extremitatem habeat (al. ab-
eat) in mare decessior. Huc à parte
dextera Columna Constantini, usque ad
Forum Theodosii, continuo extensa per-
ticibus, & de latere aliis quoque pari-
tatione porrectis, usque ad mare velut se-
ipsum inclinat, & ita deducitur. Habet
autem in se*

*Ecclesiæ tres, hoc sit, Irenæ, An-
astasiam, & Sancti Pauli.*

Colom-

CONSTANTINOPOL. 223
Columnam Theodosii, intrinsecus usq;
ad summitatem gradibus perviam:
Equites magnos dyes:
Partem ejusdem Fori [Theodosiani:]
Thermas Carolianas:
Vicos octoginta quinque:
Domus septingentas undecim:
Porticus magnas sex:
Balneas privatas undecim:
Pistrina privata duodecim:
Gradus secundicim:
Curatorum unum:
Vernaculum unum:
Collegiates octoginta:
Vico magistros quinque.

Irenen] In Septima Regione, in lo-
co qui Taurus appellatur, erat Templum
S. Irenæ, id est, Pacis: quam, ut inquit
Socrates & Cedrinus, Constantinus Ma-
gnum condiderat; &c Imperante Iustinia-
no conflagravit.

Anastasius] Sanctæ Anastasiaz [Tem-
plum:] cujus reliquiaz primo anno Im-
peri Leonis Magni Symio Constanti-
nopolium allatae füste, & in ejus Tem-
plo depositæ, quod erat apud Rostra
Diviniti. Anastasiaz templum à Catho-
licis est adificatum: quia D. Gregorius
Nazianzenus tibi S. Trinitatis dogmata
suscitavit; Templumque Anastasiaz est
appellatum: vel quod, inquit Sozome-
nus,

206 . De T R A T E C R A P H I A
mūs , mulier grāvida , q[uo]d ex ejus pot-
tē cādēs int̄erit , p̄c̄ib̄us populi re-
vixit : [de qua ic̄ iñfra plurib̄us]

Sed verius est , dicas Constantinopoli
fuisse Ecclesias Anastasias dictas : Alte-
ram Novatianorum , ab Ariapis di-
scutam , ab ipsis vero deinceps excusatam ; ut
ait Sozomenus , lib . 4 . cap . 19 , & ob id
Anastasiam dictam . Altera fuis à Gre-
gorio Nazianzeno denominata . Fuerat
hęc domus Nicobuli , in quā Gregorius
Constantinopolim veniens , hospi-
tio est receptus : atque ibi S. Trinitatis
dogmata jam extincta redovereadū unde
locum Anastasiam vocavit . (Gregor .
Nazianzi in oratione ad hęc Episcopos ,
& in Cantico Anastasie .) Et domus in
Ecclesiam versa , in magnificam Basili-
cam excrevit . Sozomenus vero id no-
men eum locum habuit scribit lib .
cap . 5 . quod mulier grāvida ex sublimi
potēcū , quānū Dei verbum audiret ,
deorsum delapsa ; & mortua ; omniū
precib̄as vitā recipit : Matianus am-
bilis civis & dives , amphium & specio-
sum ibi extruxit Templum . (Metaphrast .
10 . Ianuarii .) Qb nomen vero . D . Anas-
tasiaz reliquiæ ibi fuere repositæ . (Theo-
dorus Lector in Collectanea .)
i . Celammam Ebendasii , iñtrinseca p̄f
que ad suauitatem grādib̄u penitentia

De

De hac ita Zonaras in Iustinianō : Attilo , inquit , Imperio regis acceperat magoē Columnam in vestibulo Magni templi ecclesiae , rabbisoluta abbas dum equestrem suam statuam impofuit . Eo loco pietatis reuerata Columna Magni Theodosii statuam argenteam sustinens , et iſilio eius Arcadio factam , pondere via milium et cccxlibrum . Quam ille pietatis amans cum Columna demolebat argento direpto , cepit : quia adhuc cuius eius imaginē vixit . Cum stante habet Columna hæc Constantinopolis facta sit descripsiō , ante Iustinianum scriptam esse oportet . De hac Columna aliter Cedrinus in Zeno loqui videtur . Aut de alia intelligit : In Taurō , inquit , Columnam posuit Magnus Theodosius , fidem contra Scythes continentem pugnas , & de his statuta trophya : habet intus viam sum ferentem . In bivio eques positus est , ipse Magnus Theodosius , dextram versus Urbem intendens , & Columnam inscripsit trophya demonstrans . Hæc quarto Zenonis imperii anno terræ motu concussa cecidit : quæ statuam Theodosii habebat . Idem loquens de Anastasio : Multa , inquit , Constantini Magni opera conflavit ; suamque statuam inde confecit , & in Columna Tauri constituit . Namque prius ibi posita fuerat Theo-

398 DE TOPOGRAPHIA
Theodosii Magni: ea sunt motu dejecta
& comminata fuerat.

Equisites magnos duos] Horum sacerdotum Theodosius Magnus, quem prope Columnam, dextram versus Vrbem intendisse, & trophæa Columnæ inscripta monstrasse, Cedrinus scribit.

Thermae Cœlestiales] A Corofia Valentia Imperatoris filia nominatas, ut Sozomenus explicat lib. 6. cap. 9. Maxianus, inquit, cum vita, cum doctrina admirabilis, qui jam olim quidam regia facultatem egerat, ac jam presbyter, sectæ Novarianæ erat; docebatque filios Valentia Imperatoris Anastasium & Carolam præcepta Grammatica: Quarum nominaibus sunt balnea Constantinopolis etiam nunc appellata.

REGIO VIII.

Regie Odava, ex parte Tauri, nonnulla maru vicinitate conterminata, angustior magis quam lata, spatia sua in longitudinem [latitudinem] produlta compensat. Continet in se

- Partem Fori Constantini;*
- Porticū finitram, Taurum usque*
- Basilicam Theodosianam;*
- Capitolium;*
- Vicos viginti duos;*

Dor.

Domes centum oder:

Tertius majoris quinque:

Balnei privata decem:

Pistrina privata quinque:

Gradus quinque:

Macellor dnu:

Curatorum annum:

Vernaculum annum:

Collegiatus septendecim:

Vico-magistros quinque:

Regio Octava] Hæc Regio tota mediterranea, partem Tauri (qui erat vltus Constantinopoli) continet. Cujus etiam Zonaras in Nicephoro Botoniata meminit, & partem Fori Constantini, Porticum sinistram, Taarum usque, Basiliacam Theodosianam, & Capitolium comprehendit. Suprà diximus, Constantinopolim Romæ simulacrum facisse, unde illius exemplo Regiones quatuordecim, Miliarium, Capitolium &c alii superè exposita, habuit.

R E G I O IX.

Regio Nona, prona omni, & in totum [motum] deflexa, extensè mari Litorib[us] terminatur. Continet in se Ecclesias duas,

Cænopolim, &

Omeniam:

Herram Alexandrinam;

XXX. De THERMIS ET PORTIS.

Domum Nobilissimam Arcadiam
Thermas Amictathoracicas
Horreum Theodosianum
Vicos sexdecim
Demos centum sexdecim
Porticus maiores duas
Balneas privatas quindecim
Pistrina privata quindecim
Pistrina publica quatuor
Gradus quatuor
Circumscriptio [+]
Vernaculum uulnus
Collegiatus triginta octo:
Vice-magistrat sex
Ecclesiasticas, Cenopoliis, & Omnia
[] Primaria loco Vebis ita voca-
to denominatum puto. Foris illa Eccle-
sia à fornici extra Portam auream, qui
postea conuicti & uliginosus conver-
sus est, nomen habet. Leo antequam
renunt potiretur, eo luto ex oculis
illito, lumen restituit, postea factus Im-
perator, ibi Deiparæ Virgini, quæ illi
Imperium prædixerat, templum dedi-
cavit, quod forte Cenopolis, à loco
Vebis cœnoso est appellatum. Nicepho-
rus libra Ecclesiastica Historia, 15. cap.
25. Procopius in hoc suburbio, Fons di-
cto, Iustinianum Deiparæ Templum
condidisse scribit: verum non ex novo
fecit, sed renovavit. Altera Ecclesia à
Cor-

CONSTANTINOPOL. 401

Concordia [οὐρανία] eit dicta, cuius forte antea illud Templum fuerat: sicut & Romæ tria ferme Concordiæ Templa fuisse legimus: unum à M. Fatio Camillo, ob seditionem militarem dicatum; alterum à M. Manlio prætore ob seditionem & ipfam militarem in Galliâ: Tertium in Foro Romano; prope Græcost. sim, à L. Opimio Cos. delestis partibus Gracchani, magna Populi indignatione conditum: cui inscriptum est **OPVS VECORDIÆ**, pro **CONCORDIA**. Aliam Livia Augusta ædem Concordiæ fecit, aut instauravit (Dr. Augustin. de Civit. Dei lib. 3. c. 25.) Quotum tamen à Constantino splendidius eit restitutum: quemadmodum in Basilica Lateranensi vetus indicat inscriptio.

Horrea Alexandrina] Quotannis Alexandria Dccc myriades artaharum, seu medimnorum Atticorum humentis Constantinopolim mittebantur: pro quibus nomine nauli nautilus 90. millia aureorum impetrante Iustiniano solvabantur; edicto Iustiniani. 13. Erat autem antiquitus libertate Senatus & ditorum civium coacta pecunia sexcentarum & undecim librarium autem quæ apud Praefectum Urbi vel Annonæ reponebatur, & aliam Princeps addiderat, qua hoc sumptuoso emebatur:

L. 3. C. Theodos. de frum. Vrb. Constantinop.) & vetum Constantinopolim, in Horreis recondebat, quæ à loco, unde adveniebatur, Alexandrina vocabantur.

Domum Nobilissima Arcadia] Filia Arcadii, ut auctor est Cedrenus, Nobilissimæ titulo insignitæ. Habebat & in sequenti Regione aliam Domum. Tres filias Arcadius ex Eudocia uxore reliquit: Pulcheriam, Marinam, & Arcadiam, quæ cælibes virginesque manserunt: Niceph. lib. 13. cap. 38. & Cedrenus.

Thermas Anastasianas] Dicit ab Anastasia Valentis Imperatoris filia; sicut Caronianæ, ab hujus sorore, supra in vi Regione: Quarum nominibus, inquit Sozomenus (lib. 6. cap. 9.) sunt Balnea Constantinopoli etiamnum appellata. Marcellinus verò (lib. 17.) ab Anastasia sorore Constantini has Thermas cognominatas fuisse scribit. De hoc ita Paulus Diaconus lib. 13. In Urbe, inquit, Constantinopoli, Domus est maxima, nomen habens Caryæ, id est, Nucis. Est enim in ejus Domus vestibulo arbor nucis, in qua (ut sermo est) fuerat appensus martyr Acacius, & defunctus. Ob quam rem etiam Oratorium illic est ædificatum. Haec illæ. Procopius ait:

Ana-

Anastasianas balneas peicit, à sacerore
Constantini cognominatas.

REGIO X.

Regio Decima, in aliud civitatis la-
rus à Nona regione platea magna, velut
fleuviis interveniente dividitur. Est ve-
re strata planior: nec usquam prater
maritima loca, inqualis, longitudi-
ni ejus latitudine non cedentes, Consi-
met in se.

Ecclesiam sive Martyrium Sancti
Achatii;

Thermas Constantinianas:

Domum Augusta Placidia:

Domum Augusta Eudocia:

Domum Nobilissima Arcadia:

Nymphaum magnum:

Vicos viginti:

Domus sexcentas triginta sex:

Porticus majores sex:

Balneas privatas vigintiduas:

Pistrina publica duo:

Pistrina privata sexdecim:

Gradus duodecim:

Curatores unum:

Vernaculum unum:

Collegiatus nonaginta:

Vico-magistros quinque.

Martyrium S. Achatii] Is Con-
stantinopoli ad Nucem excruciatus fuit:

C C 2 quam

quam Nicophorus in medio Templo in ejus memoriam condito, Arcadio imperante, extitisse memorat, lib. 13. cap. 38. cum ille sub Diocletiano, centum annis antea, passus esset. Loquens enim de Procopio tyranno, Templum illud vetustate collapsum, Iustinianus pulcherrimum restituit: Quod collapsum, inquit Procopius (de aedif. Iustiniani t. orat.) à fundamentis restituit, admiratione plane dignum calo ac tantum splendere. ut eam de se opinionem præbeat, quasi totum nivibus perhuc Martyrium vero àdem appellat, in qua humatus est hic martyr. de quo Martyrologium 6 Maii.

Ihermas Constantiniensis] Gyllius (lib. 3, Topographia Constantinop.) legit CONSTANTIANAS: quarum sepe apud Sozomenum, Socratem, & Suidam fit mencio. Sed verissimile est etiam à Constantino, qui suam Vrbem tot ornamenti decoravit, Thermae honestatam fuisse.

Domum Augustae Placidiae] Theodosii Magni filia, (Sosimus in fine lib. 6.) quæ aliam domum in prima Regione habebat (in Theodosio:) & cum Honorio resedit in Italia.

Domum Augustae Eudoxie] Hec fuit Theodosii junioris uxor, antea Athenais

CONSTANTINOPOL. 405
māis dicta, & postea Christiana facta:
femina omnium sui temporis eruditissi-
ma. Vitam Christi carmine Homericō
contone composuit. Demum suspecta
adulterii, à viro ejēcta, Hierosolymam
migravit, & Theodosio defuncto Con-
stantinopolim rediit: Zonaras, Nice-
phorus.

R. B. C. I. O. XI.

Regio Undecima, spacio diffusa libe-
riore, nulla parte mari sociata est. Ve-
riam eius extensio, tam planas quā et
iam collibus, in aequali. Continet in se
Martyrium Apostolorum:

Palatium Facchianum: [Flaccili-
num,] .

Domum Auguste Pulcharis:

Bovem aenum:

Cisternam Arcadiacam:

Cisternam Modestiacam:

Vicos oīo:

Domo quingentastreis:

Pomicus maiores quatinus:

Balneari privatis quatuordecim:

Bistriatum publicum unum:

Pistrina privata tria:

Gradus septem:

Curatorum unum:

Vernaculum unum:

Collegatus vixinta septem:

Vicomagistri quinqūo.

Martyrium Apostolorum}] Constantinus hoc ædificaverat, inquit Cedrenus & Eusebius: qui de hoc ita scribit: (*de vita Constantini lib. 4. cap. 58.*) *Apostolorum Templum in Urbe sui cognomine, ad perpetuam illorum memoriam conservandam ædificare coepit.* Illud verò cum in infinitam excedisset altitudinem, lapidumque omnis generis ac crustarum varietate ab ipso solo ad superiorum contignationem collustrasset, summo artificio factis laquearibus tectum intus complexus est, auroque universum contexit. *Suprà verò regulâ indumentum æs à terra opere imbrium injurias arcebat.* Quod ipsum etiam multo auro fulgebat: ita ut longè contemplantibus, per reciprocatos Solis radios incredibilis splendor effundi videretur. *Interiorem Aedis partem, undique in ambitum circumductam reticuli opere ex ære & auro affabre facta convestit.* Ac *Templum quidem hunc in modum permagna Imperatoris cura & studio exornatum est.* Huic autem atrium ingens & subdiale circumdata, in apertum purumque ærem explicabatur. Hujus per quatuor latera porticus erant dispositæ, quæ medium atrium cum Templo ipso completebantur. Porticibus accommodabantur regis Domus,

Bal.

Balnea, Deambulatoria, aliæ habitatio-
nes plurimæ, ad necessitatem illorum
qui locum custodirent, construætæ. Hæc
omnia dedicavit Imperator, ut Serva-
toris nostri Apostolorum memoriz a-
pud omnes gentes æternitatem com-
pasaret. Subdit cap. 56. Constantium
ibi in aurea arca sepultum fuisse, quam
uestinque sex stabant Apostoli. Idem af-
firmat Socrates. Iustinianus id postea
splendidius fecit. Procopius enim (de
ædificiis Iustiniani, dicta Oratione pri-
ma) ita scribit: Erat antiqua apud By-
zantium Aedes, Apostolis consecrata,
longitudine temporis jam collabens, &
quæ (ut timebatur) amplius stare non-
poterat. Hanc Iustinianus pro digni-
tate instauravit: ubi Latomi & artifices
effosso fundamento invenerunt tres ar-
cas ligneas, insculptis litteris indican-
tes, trium Sanctorum ibi esse corpora,
scilicet Andree, Lucæ, & Timothei:
quæ Iustinianus & omnes Christiani
maximo cum tremore conspexerunt.
Zonaras vult hoc Templum à Theodo-
ra Augusta instauratum.

Palatium Facilianum] Si legamus
Falcillanum, derivabitur à Falcilla, al-
tera Arcadii filia; & apud Cedrenum
reponendum nomen *Falcilla*. Gyllius
legit *Placillianum*, à Placilla, uxore Ma-
gni
Cc 4

gai Theodotii, quam Paulus Diaconus appellat Flacillam. Sed hæc fuit filia Theodoti junioris, ut auctor est Mac-
cellinus Comes: cuius, inquit Gylbas in hoc Palatum esse potuisse, & Facil-
liam [Flacillianum] vocantur.

Bovem areum] quem Pergamo al-
latum fuisse, Cedrenus scribit. Cami-
nus, inquit, fuit, in quo ustus est Sanctus
Antipas martyr. Sunt qui hanc Bovem
esse autumant, a Petillo inventum, qui
a Phalaride Agigentii tyranno primus il-
lad tormentum experiri coactus est. Zon-
aras Phocam tyrannum in Bove cre-
matum esse scribit, ubi, Caminus, in-
quit, fuisse perhibetur areus, forma Be-
vis, Pergamo translatus, qui & loco
Constantinopolis nomen dedit.

Cisternam Modestiacam] Modestus
fuit primo Comes Orientis, mox Pra-
fectus Pætorio Valentis [l. quinque C.
de cohort.] & cum eget Arianus, Ca-
tholicos affixit: demum gravi morbo
precibus D. Basilii est liberatus, ut Gre-
gorius Nazianzenus est auctor in ora-
tione funebri in Basilicum. Hunc ci-
sternæ de qua agitur auctorem fuisse
puto.

REGIO XII.

*Regio Duodecima, Portam à civitate
 petentibus in longum planu omnus confine-
 fit: sed latere sinistro mellioribus clivis
 deducta, mari confinit terminatur:
 quam mœnum sublimior, decorat orna-
 zas. Continet in se*
Portam Auream;
Porticus Troadensis: [al. Trondean];
Forum Theodosianum:
*Columnam istidem intra se gradibus
 perviam:*
Monetam:
*Torcam Theodosianam; [Portum
 Theodosi];*
Vicos undecim:
Domo trecentas sexaginta tres:
Porticus maiores tres:
Balneas privatas quinque:
Pistrina privata quinque:
Gradus novem:
Curgatorum numerum:
Vernaculum numerum:
Collegios decem & septem:
Vicomagistros quinque:

*Portam Auream] Græci ὄπειρον,
 ab ipsius & proximorum ædificiorum
 pulchritudine, vocant. Vnde patet, falli
 eos, qui Neoriam à vicino Navalii ap-
 pellare, maluerunt. ita etiam Cœdienus,*

Cc 5 Zona-

410. DE TOPOGRAPHIA.

Zonaras, (in Leone Isaurico) & alii appellant. Eam esse puto, quam idem Zonaras in Leone Philosopho, Occidentalem aurei triclinii portam appellat, & inde Aarea est dicta. Nicetas in Alexio Duca, Marzulfo, & de gestis post expugnatum urbem. Nicephorus Gregoras de ingressu Michaelis Palæologi in Urbem. In ea elephanti erant collodati: quos illis ferebant similes fuisse, quibus insidens Theodosius olim Urbem ingressus est: Cedrenus. Hos Theodosium parvum [juniorum] eò ex æde Martis Atheniensis deportasse tradunt. Nec porta mari opposita ad occidentem, ad mediterranea ad Arcis finem transmittebat (Nicephorus lib. 15. cap. 25.) & mediterranea respiciebat: à qua ad litus maris directa linea mensura erat pedum xiv. mlxxv. quæ erat Urbis longitudo. Erant plus minus tribus millibus passuum.

Porticus Troadensis] Credo à Troadensibus Constantinopoli moribibus ædificatas: aut illa pars urbis ita vocabatur; vel merces Troadensium eò importabantur: quemadmodum supradictum est de Horreis Troadensibus.

Columnam istidem intra se gradibus persiam] Hanc supra etat statua Theodosii, quam in Aarea Porta sitam fuisse,

&

CONSTANTINOPOL. 413
& Leone Isauto imperante concidisse,
auter est Zonaras. Hanc Columnam
Gyllius opinatur Arcadii fuisse (lib. 4.
Topogr. Constantinop. cap. 7.) & xxii
lapidibus scapum cum spira & capitulo
coastissemus narrat; ubi pugnas Theodo-
si continebat affletit.

R E G I O . X I I I .

Tertiadecima Regio, Sycana est, qua
finus mari angusto divisa, societatem
urbis navigii frequentibus promovet.
tota lateri montis affixa, prater unius
platea tractum, quam subjacentium ei-
dem monte litorum tantum praefat a-
gnalitas. Continet in se

Ecclesiastis:

Thermas Honorianas:

Forum Honorianum:

Theatrum:

Navalia:

Domes quadringentas, triginta, &
nam:

Porticum majorem unam:

Balneas privatas quinque:

Pistrinum publicum unum:

Pistrina privata quatuor:

Gradus octo:

Curatorem unum:

Vernaculum unum:

Collegios triginta quatuor:

Vicem

412 DE TOPOGRAPHIA

Vico·magistros quinque.

Sycena] Peninsulā sinu maris angusti divisa. Hæc hodie Galata seu Peræ vocatur, peninsula angusto fredo ab Urbe divisa. Stephanus (de orbibus) Sycæ, ἵπωις, est civitas e regione Novæ Romæ, nunc Iustinianæ dicta. Sed intra novos Urbis muros Iustinianas seu Sycas Iustinianis collocaæ (Novell. 59. cap. 5.) ut eius pars esse ostendetur. Sycæna à laudatissimorum sicu[m] proverbi Græcis est nesciata. (Dionysius Byzantius, Cedrenus) à Francis (ita Latinos vocant) nunc inhabitata. A Breningo Gallorum (ψυχος Græci Galatas vocant) duce, e[st] profecto Galaram nesciata Gyllius opinatur, lib. 4 Topograph. Cont[.] cap. 14. item Peram, id est Trajectum vel Peræam dictam, quemadmodū Iosephus Iudeam Transjordanam, & Strabo Trans. Euphratensem appellat. Sycam, seu Sycatum trajectum Anatolius vocat in Constitutione qua mosquos gratis sepeliri mandat: L. 8. magna, Cod. de factosanta Eccles. Colle à septentrione ad meridiem intersecatur, quemutique valles longitudinis unius miliaris claudunt. Ejus muri circuitus est quatuor millium & quadringentorum passuum. Ab Coparium suburbium Itacuere Iustinianus vi. decur;

detur, Novell. 159. 5. Volo igitur Socrates lib. Eccl. Hist. 11. cap. 30, Locus, inquit, è regione Vrbis jacet, Sycaque dicitur, ac Regio xii est Vrbis Constantiopolis, quo Novatianorum Ecclesia, Constantino imperante, est translatam.

Societatem Vrbis navigis frequentibus promeruit. Multa enim ibi naviculatum milita, & longe plures quam sint Venetiis cymbæ, quæ ultro citoque homines transmisunt, eile dicuntur, unde peninsula pars Civitatis esse potuit. Monibus magna ex parte circundata, & qualem ad aliud littus planidem habet, Ecclesiam, Forum Theatrumque Honoriana, & alia ceterarum Regionum ornamenta continet. Ibi Pertinax Vit Consularis, Patriarcha egregium Pacis templum extruxit, ac locum nobilissimis ædificiis ornatum Constantinus mœnibus munivit, ait Cæsar Baronius Cardinalis in Annalibus, anno 314 in fine.

Navalia. Etiam hic naves fabricabantur.

Hic desunt vici duo, qui huic peninsula sufficiebant, in longum porrectæ, & compleat numerum vicorum, qui infra in Epilogo recensentur CCCXXI, & his ademis clementi CCCXX.

R.E.

REGIO. XIV.

Regio sanc[bac]* licet in Vrbis quattuordecima numeretur parte; tamen quia spacio interiecto divisa est, muro proprio vallata, alterius quodammodo speciem civitatis ostendit. Est vero progressus a porta madiorum sita planus; dextero extenso latere in clynum surgente, usque ad medium fore plates spatiis, nimis pronus: unde mare usque modicris bac qua civitatis continet partem, explicatur aquarum. Continet in se +*

Ecalefiam:

Palatium:

Nymphaeum:

Thermae:

Theatrum:

[Lectorium:]

Pontem sublucidum, sive ligneum:

Vicas undecim:

Domas centum sexaginta septem:

Porticus majores duas:

Balneorum privatum quinque:

[Pistrinum publicum unum:]

Pistrinum privatum unum:

Gradus quinque.

Decimaquarta Regio propriis undique clausa manibus, alterius Civitatis speciem exhibet] Quia, ut puto, ibi habitan-

tans

cans Imperator sibi Arcem quandam condere voluit; & ipsa montuosa, ad mare descendens, in planitem quandam definit. Continet Ecclesiam: sed quæ hæc sit, non exprimitur.

Palatium] Ita appellatur Principis habitatio, quia Augustus in Palatino monte habitabat, inde ejus domus Palatium est vocata: & ita etiam Romuli domus appellabatur. Quare (inquit Dion in Augusto) etiam si alibi degat Imperator, locus, ubi habitat, semper Palatum nominatur.

Lusorium] Fortè idem quod Ludus Venatorius, in quo cum feris pugnati se exercebant: cuius Iura meminerunt, in L. aut damnum, & quicunque, de pœnis. Fortè rectius à navibus lusoriis dictis, quæ ibi fabricabantur, hic locus nomen habuit. De quibus Macellinus lib. xvii. & in Cod. Theodosiano lib. 7. est titulus 17. de lusoriis Danubii.

Pontem sublicitum, sive ligneum] Suidas scribit apud Divum Marmantem pontem fuisse xii fornicibus constantem: eò enim multæ confluebant aquæ. Is fortè antè sublicius, postea lapidicus est factus.

Gradus quinque] In fine hujus Regionis, post *Gradus quinque*, addimus sequen-

416 DE TOPOGRAPHIA
sequentia, quae defunt, & ex collatione
aliorum regionum sunt restituta,

Curatorem unum:

Vernaculum unum:

Collegiatos triginta septem:

Vicos magistros quinque.

Collegiati infra in Collectione sunt
Dlx, quibus hic defunt **xxxvii**. Sed
Theodosius junior tres addidit, & eos
Lxi [DLXVII] statuit, in L. penek.
de commerc. & mercat.

COLLECTIO CIVITATIS.

Cognita Urbe per partes, fas est etiam
situm conclusa: iam universitas aperi-
ta: ut magnificèntia unicum decus non
solum videatur opere & manu confectam,
sed etiam conspirantibus elementis, na-
tura felicitate munitione. Providentia
ergo divina tota futurorum hominum de-
mliciu consulente, longo tractu, in Pre-
monitoris qualitatibus spaciose terra,
faucibus Pontice maru opposita, finiebat
poruositateibus, angustior latitudine,
circum uero mari sua vallatur. Hoc
quoque spaciun, quod solum aperium
maru circulus derelinquit, duplice mare
acies turriam, extensa custodit. Intra
quas septa civitas, continet in se omnia
singulatim memorata. Qua nunc ad
firmitatem memoria qualitatem summe-
sim.

sim collecta referemur. Habet ergo Urbe
Constantinopolitana

Palatia quinque:

Ecclesias quatuordecim:

Domos divinas Augustarum sex:

Domos nobilissimas tres:

Thermas octo:

Basilicas duas:

Fera quatror:

Senatus duos:

Horrea quinque:

Theatra duo:

Eusoria duo:

Portus quatror:

Circum unum:

Cisternas quatror:

Nymphaea quatror:

Vicos trecentos viginti duos:

Domos quatuor milia trecentas octo-
ginta octo:

Porticus quinquaginta duas:

*Balneas privatas centum quinq*ue* a-*
ginta tres:

Pistrina publica viginti:

Pistrina privata centum viginti:

Gradus centum, decem & septem:

Macellos quinque:

Curatores tredecim:

Vernaculos quatuordecim:

Collegiatis quingentos sexaginta:

*Vico-magistros sexaginta quinq*ue* das*

Habet sanè longitudo viii.
ta aurea usque ad litus maris directà li-
neā , pedum quatuordecim millia si-
ptuaginta quinque . Latitudo autem
pedum sex millia , centum quinqua-
ginta.

Habet Palatia quinque] Roma pro
his domos M C LXXX.

Ecclesiæ quatuordecim] Romæ ad
ccccxxiv.

Domos divinas Augustarum sex: Dr
nos Nobilissimas tres] Divinæ vocan-
tu'r Domus illarum , quibus Augustarum
titulus dabatur , & ignem pro-
cesser ex He-

Senatus 11] Romæ t
in quibus Senatus habebat
et P. Victor. Vnum por-
tolium , & Forum ; ubi e
cordiaz. Alterum ad Por-
Tentium intra adem Bell
Flaminio ; ubi dabatur S
exterarum nationum , q
admittere solebant.

Horrea v] Romæ cxi
Theatra ii] Romæ i
Lusoria ii] Romæ la
Victoriem vi.

Torres iv] Romæ -

erant, quæ nobilissime titulum obtinebant.

Thermæ viii.] Romæ erant xi. Vi-

ctor scribit xv.

Basilicas ii.] Romæ decem : Victor

xix.

Fors iv.] Romæ undecim : Victor

xvii.

Senatus ii.] Romæ tria erant loca,
in quibus Senatus habebatur, ut auctor
cit P. Victor. Primum ponit inter Capit-
olium, & Forum ; ubi erat ædes Con-
cordiæ. Alterum ad Portam Capenam.
Tertium intra ædem Bellonæ, in Circo
Flamino ; ubi dabatur Senatus Legatis
exterarum nationum, quos in Urbem
admittere nolebant.

Horrea v.] Romæ ccxcii.

Theatra ii.] Romæ iii.

Laneria ii.] Romæ ludi iv. apud P.

Victorem vi.

Torres iv.] Romæ i.

Circum i.] Romæ ii. penes P. Vi-

ctorem viii.

Cisternas iv.] Romæ non sunt.

Nymphae iv.] Romæ xv.

Vicos ccçxxii] Romæ ccccxiv.

Domes iv millia cccxviii] Ro-

mæ insulae xlvi millia dcii Domus

M D C C L X X X . Domus erant majores,

& testudinatæ , à quatuor partibus

Dd 2 pluen-

420 DE TOPOGRAPHIA
pluentes; Insulæ fastigiatæ, à duobus
lateribus pluentes. Vnde intelligit hinc
admodum magnifica; non alias ædes,
quæ numero quatuor millia trecenta
octoginta octo tantæ Vibi paucæ fuil-
sent. Plures enim mediocres habent
Civitates.

Porticu[m] XLII] Romæ VI.

Balneas privatas c. LIII] Romæ
DCCCLVI.

Tistrina publica XX, *privatae* CXX]
Romæ omnia CCCLIV.

Gradus CXVII] Romæ non inve-
niuntur.

Macellos V] Romæ Macella II.

Curatores XIIII] Legendum XIV.

Licet Regio ultima suprà per errorem,
nullum haberet Curatores, nec Verna-
culam, nec Collegiam, nec Vico-ma-
gistros, constat tamen ex Breviario [seu
Collectione Civitatis] hinc apposito, eos
per incuriam omissos. Romæ erant Cu-
tatores XXIV.

Collegios DLX] Theodosius in L. pe-
nult. C. commerc. ponit D LXIIII. tria
amplius addens. Ex hoc numero ap-
paret Regioni XIV triginta septem de-
esse. Hi Romæ non erant; sed loco
eorum Vigiles in VIII. cohortes divisi.
L. 3. ff. de Offic. Praef. Vigil. Dion,
Tranquillus.

Vice-

Vico-magistris LXXV] Legendum LXX.
Quini enim erant in quaque regione,
unde v. desiderantur. Romæ erant
DCLXXII.

Columnnam purpuream] Romæ non
extat, quia inde Constantinopolim de-
ducta, ut auctor est Cedrenus. Hanc
Petrus Gyllius ex lapidibus quadratis
factam in Hippodromo esse fecit.

Columnas intra pervias 11] Totidem
Romæ Columnæ cochliides.

Colosseum 1] Romæ 11. Per errorem,
ut &c alia, omissus est in Regionibus.

Tetrapylum antrenum 1] Petrus Gyl-
lius in Topographia Constantinopolis,
Lib. 3. cap. 6. ignotum scriptorem ci-
pat, qui vult hanc fuisse Aream quadri-
lateram, undique porticibus circum-
datam, quatuor portas habentibus,
prius Quadrivium nominatam. Latini
hoc Stadium vocant. Sed hoc in Re-
gionibus Urbis non invenitur, nisi sit
Stadium in 4. Regione sicut, quod in
hoc Epilogo dicitur. Tetrapylī in
Leone Magno meminit Cedrenus Evi-
grius lib. 2. cap. 28. à Mammiano se-
natore, Zenone Impetante, exituq[ue]m
refert. In Vibe, inquit, duas regales
Porticos curia ob extimam adificatio-
nem valde magnificas, tum ob lapi-
daria concinnitatem & splendorem in
Dd 3 pt.

422 DE TOPOGRAPHIA

primis ornatas edificavit: Erexitque Tetrapylon, velut intestinum inter illas duas Porticus interiectum, columnis & ænea materia per eleganter & exquisite elaboratas. Quod ad Tetrapylon à Mammiano edificatum attinet, ne vestigium quidem illius reliquum vidimus, inquit Gyllius. P. Victor in Regione Romæ ponit Pentapylon.

[Augusten] Forum ita dictum Constantinopoli.

[Capitolium] Ut Romæ: ubi Victor inponit, vetus & novum.

[Moneta] Romæ erat: sed non ponitur pro loco insigni.

[Scalas maritimæ 111] Romæ non erant: sed pro his alia, quæ hic defuerunt, ut Naumachia, Lacus, & similia.

Habet longitudo Vrbis à Porta aquæ usque ad littus maris effecta linea pedum xiv millia LXXV. Sunt plus minus quatuor milliariis, statuendo quinque pedes in passum.

Latitudo pedum vi. millia cL. id est minus, & plus minus quartæ partis milliarii. Circumibat circiter decem millaria cum dimidio. Ferunt portas xxii habuisse. Laonicus Chalcondyles in Othomanorum historia, Constantinopolim c xI stadia complecti scribit: Essent plus xiiii milliariibus Italici.

Vel-

Vulgo fertur xviii millaria circum-
ige.

Præter prædicta celebratur in Iure
Aquæductus Hadriani , qui Palatio
Principis, & Nymphæis, Balneisque Ur-
bis deserviebat : quemadmodum Theo-
dosius minor Cyro P. P. (aut P. V.)
scribit in l. omnes, C. de aquæduct.

Therma Achillis ab eodem citantur:
in quas ex memorato aquæductu aquæ
per plumbeas fistulas derivabantur : Di-
ctab. omnes. Has Thermas prope Stra-
tegium fuisse ; Cedrenus scribit , ab ara
Ajaci & Achilli ibi dedicata nuncupa-
tas. Cassiodorus incendium Constan-
tino Imperante ortum ad Thermas ,
quæ vocantur Achilleæ , pervenisse me-
morat , in Tripert. lib. 10. cap. 11.

*Suburbia Constantinopolis , quo-
rum Intra meministunt.*

HEBDOMADUM suburbium Constantino-
polis fuisse , auctor est Procopius
lib. 1. de ædificiis Iustiniani , in prima
eratione. Alterum , inquit , templum
ædificavit D. Theodorus in suburbio,
quod Hebdomon , id est , Septimum vo-
catur. Idem Zonaras in Phoca : Cedre-
nus in Arcadio & Iustino , & plures alii.
Ibi plura jura condita fuerunt , in qui-
bus

bus perpetam legitur: *septies pro septimi.* L. pen. C. de sacrofanci. Eccles. l. 19. C. de juri. de lib. l. 30. C. de fidei com. l. 34. C. de donat. De quo in Commentariis ad Notitiam. Ibi *ad eum* D. Ioannis Baptiste Theodosium Magnum adificasse Zonaras scribit. Gyllius nunc intra Urbem esse vult, in vi colle; & à numero Suburbiorum Septimum votatum.

Blacherna] Recitat Iustinianus in Novell. 159 §. 1. testamento Hierii suburbium in Blachernis Anthemio filio reliquum fuisse. Auctor est Zonaras, Palcheriam sororem Theodosii ministris ibi *ad eum* Beatae Virginis adificasse; quam Iustinianus (auctore Procopio) instantavit. Cedrenus scribit, Iustinus, nepotem Iustiniani illi duos arcus addidisse. Anastasius Imperator triclinium magnum ibidem fecit, ut auctor est Saidas, & Tiberius balneum: Zonaras. Blachernarum nomen à quodam eo in loco regnante inditum fuisse, ex Dionysio Byzantio Gylius autem iacebat ad litus maris: ubi etiam Leo Magnus Deiparae templum extuxit: Nicephorus lib. 15. cap. 25. Histor. Ecclesiast.

Studii Monasterium, aliud Constantinopolis suburbium fuit: in quo majorum

tem lectum ad sepeliendos mortuos ser-
vatum fuisse; Iustinianus refert Novel-
la 159. cap. 6. Hujus originem ita Nice-
phorus recitat lib. 15 Eccles. histot.
cap. 23. Studius vir quidam præclarus,
Roma Constantinopolim pervenit, ubi
Divo Präcursori templum erexit, in
quod ex domicilio eorum, qui *æxopten-
zoz*, id est, intomnes, dicuntur, mona-
chos induxit. Horum domicilium Mar-
cellus divinissimus construxerat: in quo
perpetuis carminibus. Hymni Deo ca-
nerentur; sodalitate monachorum eam
ob tem in tres coetus divisa. Propter hoc
Consul factus est Studius, ut hoc fronti
Cœnobii inscriptum carmen significat,
quod Latine ita versum est:

*Magnificam postquam construxit Stu-
dius ad eam,*

*Consul accepit, mercede nomine, ho-
norem.*

Id Leone Magno imperante contigit.

Ceparia aliud erat Constantinopolis
Suburbium, quod ab Hierio codicillis
nepti relictum fuisse, Iustinianus nar-
rat, D. Novell. 159. §. 1.

*Suburbium in promontorio sinus So-
fthenii] Hoc ultra mare in Asia fuerat
Ardaburii Magistri milicium Theodosii
minoris: potea venit in prædictum
Hierium, qui Praefect. Praetorio Zeno-*
Dd 5 *nis*

nisi fuerat. L. scrinarios, C. de milit. test. Nominis Sosthenii caussam hanc Nicophorus tradit, lib. Eccles. Histor. 7. cap. 50. Memoria, inquit, proditum est, Argonautas Graecorum, cum ad eum locum pervenissent, praedari eam regionem cœpisse; & ab Amyco, qui ibi tumrum posiebatur, in fugam versos, ac palantes in quandam nemorosum & incultum locum, propter, densitatem arborum, profugisse: ibique eis latitabitibus Virtutem cælitus advenisse, vix specie, alas veluti aquilæ in humeris habentem; victoriâque adversus Amycum oraculo denunciasse. Illos porro id secutos, cum illo conflixisse, victoriâ reportasse, & ipsum unâ cum copiis suis concidisse. Atque ut gratiam visioni ei referrent, Fanum eōs, & statuam ea quæ eis apparuerat forma, in loco eo excitasse: nomenque regioni Sosthénium indidisse, quod scilicet robore accepto salvi evasissent.

Bytharism seu Philerheum Suburbium nuncupatum, Novell. 159. §. 1.

In Venetia, Suburbium, d. Novell. 159. §. 1. in quibus idem Hierius prædia possidebat.

Venetam Portam Procopius lib. 1. de bello Persico nominat: Postquam, inquit, ad Venetam Portam constuit,
quæ

quæ dextrorsus Imperatorio throno est, in Hypalium ire constituit. A Suburbio in Venetis dicto vocata videtur. Forte Venetæ factiones homines ibi degabant.

Pentichiam in trajectu, & Rufinianam Suburbia, in quibus Bellisarium prædia possedit Procopius memorat libro 1. de bello Persico, in Theodosio: & Sozomenus lib. 8. cap. 21. meminit.

Alia Suburbia prætermittuntur, quia de his tantum quorum luta meminimunt, agitè volgimus.

De adiunctis Praesertim Con- *stantinopolis.*

TOtam Vrbem Constantinopolis hodie deformatam esse Gyllius scribit lib. Topographiæ Constantinopol. ubi ædibus depresso fabricatis, nihil pristini splendoris retinuit: exceptis paucis Purparatorum domibus, Templis, Thermis, & Xenodochiis, quæ magnifice extorta visuntur; & sunt sequentia.

Templa marmorea omnia plumbo recta & columnis splendentibusque marmoribus exornata ultra. ccc

Thermæ publicæ: quarum 1. magnæ;

&c

428 DE TOPOGRAPHIA
& geminæ; alteræ pro viris; alteræ pro
mulieribus, ulta.

Xenodochia publica: quoru[m] illu-
stria aquas in media atrii area Galionnes
habent, ex agris suburbanis ductas ul-
tra portas ad latitudinem atri. c.
Atrium a portis ad latitudinem atri
tum est, et a latitudine atri ad latitudinem
atrium.

F I N I S.



Digitized by Google

